





9608.

GRAMMATICA
HEBRAICA
A PUNCTIS ALIISQUE INVENTIS MASSORETHICIS LIBERA.

AUCTORE

FRANCISCO MASCLEF

Presbytero, Canonico Ambianensi.



G.D.A

PARISIIS, ET BONONIÆ

Apud Hieronymum Corciolani, & H. H. Colli
ex Typographia S. Thomæ Aquinatis. 1750.
Superiorum permissu.





TYPOGRAPHUS

BENIGNO LECTORI.

Celebrem Francisci Masclef Hebraicam Grammaticam eo animo reimprimendam suscepi ut insimul & Syriacam, & Chaldaicam darem; at cum eodem tempore aliis eximiis Operibus edendis operam navarem factum est, ut hæc in longum protraheretur. Editionis Parisiensis inveniendæ ferè nulla spes; hinc eruditi viri a quibus desiderabatur, & reimpressionem suaserant, ne hac facili methodo ediscendæ Linguæ Sanctæ Orbis litterarius diutius privaretur, me in eam sententiam traxerunt ut modo Hebraicam publici juris facerem, daturus postea si meus conatus tibi, benigne Lector, arriserit, & Syriacam, & Chaldaicam. Interim igitur hac fruere. Vale.



PRÆFATIO.

De ratione edifcendæ Linguæ Hebraïcæ.

HABENTUR fecundo volumine novæ Grammatices argumenta ac vindiciæ. Hîc tantùm præmittimus quæ nobis optima videatur edifcendę Linguę Hebraïcę ratio.

Cujufvis Linguæ Candidati, fi præfertim ætate judicioque polleant, quales effe decet eos qui Hebraïcam penitiùs addifcere volent, explicationi, cùm primùm licebit, infiftant. Nec neceffe eft, ut fingula præcepta Grammatices apprime calleant. Satis erit ea delibaffe, cùm nullâ aliâ re difcantur meliùs quàm ipfo ufu, regulafque cum Scriptoribus conferendo. Notabimus ergo quid præftandum, & antequam explicationi Textûs

Hebraïci detur opera, & cùm dabitur: qui Scripturæ libri primùm explicandi; qui in finem remittendi: quibus demum auxiliis acquiri ac servari possit expedita firmaque Linguæ Hebraïcæ notitia.

Qui se accingit ad ediscendam Grammaticam Hebraïcam, is vulgò jam novit litterarum Hebraïcarum figuras, easque a se invicem discernit.

Primo ergo die primum Grammaticæ caput evolvet, discetque legere sine punctis. Bibliis utatur sive punctatis, sive non punctatis, perinde est. Noverit etiam inter Accentus distinguentes primum & præcipuum vocatum *Soph Pasuk*, puncto nostro æquivalentem; nec non secundum dictum *Athnach*, quo versiculi in duo quasi hemistichia secantur. Speramus fore ut illo ipso die expeditè legat: sed licet id non assequatur, pergat nihilominus: nam usu continuo legendi facilitas comparabitur. Notæ Arithmeticæ in aliud tempus differendæ.

Altero die caput secundum leget,

quod eſt de Nomine, diſcetque potiſſimùm quibus characteribus Genera, Numeri & Caſus conſtituantur ac diſtinguantur. Cætera, nimirum quæ dicuntur de Duali, de ſtatu Abſoluto & Regiminis, de variis Nominum formis ac ſpeciebus, percurret quidem, at perdiſcenda in aliud tempus remittet.

Tertio die evolvet tertium caput de Pronominibus. Diſcet memoriter tria Pronomina primitiva integra, Affixa item ſeparata & conjuncta, prout in duabus tabellis conſpiciuntur, cæterorumque Pronominum Caſus rectos. Reliqua hujus capitis vix quemquam morabuntur.

Die quarto leget caput quartum de Verbo, illiuſque accidentibus. Leve penſum, at paulò attentiùs meditandum.

Die quinto ediſcetur memoriter Conjugatio *Kal* capite 5. obſervabunturque in primis crementa & augmenta, id eſt characteres quibus formantur Modi, Numeri, Genera & Perſonæ. Juxta propoſitum ejus Conjugationis Paradigma conjuganda

erunt alia Verborum exempla, scriptoque fortasse mandanda, donec nuspiam vel minimùm laboretur.

Die sexto legentur capita 6. 7. 8. id est, Conjugationes *Niphal*, *Hiphil*, & *Hithpael*. Ne miretur Lector tot uno die assignari Conjugationes, cùm vix a se se differant & a Conjugatione Kal; nec magni sit laboris nosse quibus characteribus distinguantur.

Die septimo ediscentur capita 9. & 10. de Verbis Defectivis in genere, & de primâ Defectivorum specie. Nec opus omnes Verborum illorum anomalias initio perspectas habere. Optimum tamen memoriæ mandare versiculos, qui præcipuas complectuntur.

Die octavo percurrentur simili modo capita 11. 12. 13. & 14. quibus comprehenduntur reliquæ Verborum irregularium species.

Diebus 9. 10. & 11. legentur capita 15. 16. & 17. de Nominibus verbalibus, de Affixis Verborum, de Adverbiis aliisque indeclinabilibus. Memoriter retinebuntur Affixa verborum tam separata, quàm Verbo

conjuncta; ut & dictiones quas quisque facilè discernet frequentiùs occurrere.

Die duodecimo percursis capitibus 18. & 19. vacandum capiti vicesimo de Litteris tum Radicalibus, tum Servilibus: notandumque inprimis quis & quàm multiplex Litterarum Servilium usus.

Die decimo tertio legendum caput 21. de Radicis investigatione; quod quidem non poterit uno die omnino disci, cùm sit unum ex difficilioribus: at posteà usu ipso repetitisque lectionibus pleniùs ediscetur.

Duobus diebus sequentibus lustranda Syntaxis integra, ut illius aliquantula saltem notitia habeatur, quæ deinde accuratiori lectione, ac potissimùm usu perfectior evadet.

Igitur post quindecim, pro Candidatorum captu aut otio plus minùs dies, inchoanda explicatio est ab Exercitatione in cap. 1. Geneseôs, quæ extat ad finem Grammaticæ. Vix dici potest quantum utilitatis Tyrones ex eâ percepturi sint. Nec legenda semel; sed iterum iterumque

repetenda, donec caput integrum sine glossâ interlineari aliove subsidio cursim in libro Geneseôs explicetur.

Explicantibus autem id agendum quod in aliis Linguis explicandis fieri solet. Quærendus primò Nominativus Verbi, tum Verbum, deinde Verbi Casus: non enim servatur semper ab Hebræis vocabulorum nativus ordo, uti ferè fit in Gallico idiomate.

In illis porrò interpretationis initiis se ipsi sæpè Tyrones interrogent de singulis regulis, & a se rationem exigant tam formationis quàm constructionis dictionum, etiam cùm ea ratio penitùs ignota non est. Quotidiè legendum sedulò unum alterumve Grammatices caput, donec omnia præcepta habeantur veluti in numerato. Quid verò post illam Exercitationem explicandum sit, hîc aperiemus.

Edidit ab annis paulò supra quadraginta Vir de rebus Hebraïcis optimè meritus *Johannes Leusden* Linguæ sanctæ in Academiâ Ultrajectinâ Professor libellum multis nomi-

nibus commendandum, cui titulus: *Compendium Biblicum continens ex 23202. versiculis totius veteris Testamenti tantùm versiculos 2289. (non tamen integros) in quibus omnes veteris Testamenti voces tam primitivæ quàm derivativæ, tàm Hebraïcæ quàm Chaldaïcæ, unâ cum Versione Latinâ inveniuntur*. Voluit Auctor, ut ipse docet in Præfatione, *per hoc Compendium Tyrones deducere ad lectionem Bibliorum Hebraïcorum, & quasi manu ducere, ut facillimâ Methodo Textum Hebræum addiscerent, & voces omnes præcipuè difficiliores memoriæ mandarent*. Et postea: *Mediante hoc Compendio Tyro ad cognitionem vocum Hebraïcarum veteris Testamenti spatio trium mensium pervenire poterit, si modò singulis diebus absolvat duas paginas cum dimidiâ, quas in hâc Editione in margine per dies 72. distinxi. Si quis breviori vel longiori tempore idem absolvere velit, ille hos dies pro captu & libitu vel geminet vel dividat*.

Nobis autem non a Leusdeniani alteriusve similis libri, sed ab ipsorum

Bibliorum interpretatione inchoandum videtur. Haud alia sanè de causâ Linguæ studemus Hebraïcæ, nisi ut sacrum Volumen quàm optimè intelligamus. Atqui ut eò perveniamus, non tantùm nosse oportet quid singula verba significent, sed imprimis quæ sit Hebraïci sermonis indoles, quæ dictionum structura, quæ series Phraseôn, quæ præcipuarum locutionum ἐνέργεια, quis figurarum usus, quæ potestas. Hæc sanè omnia ex Leusdeniano compendio haberi non possunt.

Deinde qui Leusdenum discunt, non res sed nuda verba discunt, & quidem tres menses continuos. Ferendus pueris fortasse labor; at certè vix tolerandus ætati proveċtiori maturisque ingeniis rerum quàm verborum avidioribus, temporisque præter cæteros avaris, quales ferè sunt quibus incumbit scire Hebraïcè.

Præterea non minor adhibendus est conatus in explicandâ ultimâ Compendii Leusdeniani paginâ, quàm primâ. Idem singulis ferè paginis novarum dictionum numerus,

ſingulis quippe diebus centum ciriciter dictiones occurrunt, quæ aut nunquam aut unâ tantùm vel alterâ vice occurrerunt. Hinc nova quotidie bella, novæ difficultates expugnandæ. Nullibi molle ac planum iter, quo recreentur laborantium animi. Quid quæſo Tyronibus obtrudi poteſt faſtidioſius?

Certum eſt cujuſvis Linguæ vocabula nonniſi repetitâ exercitatione, aſſiduoque uſu memoriæ tenaciter infigi. Cum ergo in Leuſdeni Compendio vocabula ferè omnia Hebraïca rariſſimè, plurima ſemel bis terve duntaxat reperiantur, timendum profectò, ne cùm ad libri calcem ventum erit, ea tibi exciderint, quæ magno ſudore initio comparaveras. Addi poteſt nullam eſſe Linguam quæ vocibus æquivocis magis abundet quàm Hebraïca. Ut ergo variæ Verborum ſignificationes memoriæ penitùs commendentur, non ſatis eſt quòd ea ſemel aut bis aut ter repereris.

Denique cùm Leuſdenianæ phraſes majorem partem vix ullum ſen-

ſum continuum edant, fit longè difficilior interpretatio. Sublatis enim, quæ ferè tollunt ambigüitatem, antecedentibus & conſequentibus, vix ac ne vix quidem Tyrones ſe ſe expedient è diſſutis illis Phraſibus, quas arenam ſine calce meritò dixeris. Et hæc ſunt, cur nobis minùs probentur, qui a Leuſdeniano Compendio Hebraïcum ſtudium auſpicari voluerint.

Longè meliùs ii, quibus a ſacris Bibliis interpretandi exordium. Cùm eadem verba ſæpiùs recurrant, diſcuntur faciliùs, firmiùs retinentur. Obſcura vel æquivoca antecedentium & conſequentium face illuſtrantur. Non minor fructus ex illâ primâ quamlibet rudi interpretatione quàm è lectione vel optimi commentarii. Introſpicitur Linguæ ſanctæ natura: dignoſcitur quænam ſit dictionum tam regularis quàm irregularis conſtructio; quæ locutionum quarumdam frequentiorum efficacia, quis cuive Auctori ſtylus, ſolutus, aut ſtrictus, ſublimis aut demiſſus, vel ex utroque temperatus. Leve fit

ſtudium his amœnitatibus. Laborem mirè lenit facilitas augeſcens in dies, progreſſuque inardeſcit animus. Stimulos addunt & alia innumera. Textus ſacer cum Verſionibus comparatur. Docet ea collatio quàm
Gratiùs ex ipſo fonte bibantur aquæ.

Hîc ab Hebraïco Textu corriguntur Verſiones, illic ab ipſis Verſionibus Textus elucidatur, & interdum emendatur. Sic tædium operis ſi non evaneſcit omninò, ſaltem haud parum imminuitur. Accedunt multæ obſervationes Criticæ vel in ipſis initiis, quæ etiam currentibus adderent calcaria. Tunc loca obſcura & difficiliora in omnem ſenſum verſantibus apparent ſæpè novarum interpretationum quaſi rudimenta non contemnenda, quæ Tyrones advertunt, & Doctiores prætervolarent. Nulla enim his in locis mora fieret. Quin & numerando ipſa capita quæ emenſus eſt, recreatur & ſibi plaudit jam prope defeſſus animus.

Ab ipſis itaque Bibliis exordiendum hoc, ut videtur, ordine. Geneſis primùm, Exodus, Leviticus, Nume-

ri, Deuteronomium, Josue, Judices, Ruth, duo Samuëlis, duo Regum, duo Paralipomenôn, Esther, Esdras Nehemias; tum Psalmi, dein Prophetæ Jeremias, Ezechiel, Daniel, duodecim minores, postea Isaïas cæteris difficilior, saltem a capite octavo circiter ad quadragesimum; Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum; ultimò difficillimus omnium Job. Chaldaïcorum quæ sunt in Esdrâ & Daniele lectio differenda.

Incipientibus autem optimum erit idem caput pluries legere & relegere, priusquam ad aliud transeatur. Absoluta Genesis a capite repetenda est. Sic etiam Exodus, deinde loca omnia quæ ceteris molestiora videbuntur.

Optanda foret Textus Hebraïci sine punctis Editio iis omnibus commodior quæ hactenus prodierunt. Si quid vota nostra ad id operis promovendum valerent, quatuor aut ad summum sex modicis voluminibus, in 12. constaret, ut ex iis aliquod individuus viæ comes haberi posset. Nitido charactere & Athiano Biblio-

rum in 8. anni 1705. Librorum, capitum ordo idem utplurimum qui in Vulgatâ. Versus iidem, quantùm per sensum liceret; a lineâ quilibet & cum suo numero. Latinæ interpunctionum notæ Hebraïcis substituerentur. Punctum, virgula, punctum cum virgula, duo puncta, punctum interrogationis, punctum admirationis, parenthesis, lineola solis punctis constans ad hiatus exprimendos, & cætera hujusmodi quibus non uti, cum nihil vetet & perspicuitas exposcat, esset hominum videntium meliora probantiumque, & deteriora sequentium. Nomina propria majusculis litteris inchoarentur, quæ ab aliis eò solùm differrent quòd triente altiores essent, & proportione servatâ crassiores pinguioresque. Sic primo intuitu Nomina propria ab appellativis secernerentur. Difficultatis quidem nonnihil in exprimendis, ut par esset, majusculis *Iod* & *Lamed*: satis tamen foret discriminis, si posterior privaretur fastigio, id est, aliquantulâ parte rami sui superioris, uti crebertimè fit, & utraque attolleretur ac

densaretur quantùm licet ex Artis fusoriæ legibus. Dictiones a quibus avulsæ sunt litteræ ו & י & idcirco *Deficientes* dictæ חסרות, replerentur, & toties in integrum restituerentur quoties restitutionem faciendam esse non esset ambiguum. Stante vel levissimo dubio, dictio plena, id est, cum litterâ suppressâ ad marginem scriberetur; corrigeretur Textus ubicumque corrigendum esse constaret apud omnes. Si non constaret, correctio ad marginem amandaretur cum conjecturis & variis lectionibus, tam illis quæ a Judæis sub nomine *keri* & *chetib* קרי וכתיב aut alio agnitæ sunt, quàm quæ a Christianis deprehensæ, sive è Textu Samaritano, sive è Versione Græcâ LXX. Interpretum, sive è Vulgatâ, sive ex aliis Interpretationibus. Ad calcem paginæ notæ breves purèque Grammaticæ, sive ad indicandas difficiliorum quarumdam vocum Radices, sive ad elucidanda loca quorum constructio minus obvia est. In difficilioribus obscuriorum librorum locis, quales sunt Job & nonnulli Prophetæ &c.

adderetur brevissima simplicissimaque Paraphrasis quæ suum cuique voci locum assignaret, quodque subintelligendum est suppleret. Voces addititiæ in illis Paraphrasibus minori charactere discriminis ergo exararentur. His auxiliis juvari gauderent rudes, nec dedignarentur Docti; adeo rarum est Hebraïcis assuetum esse. Sed hæc in votis tantùm: omnia enim *fert ætas* sexagenaria, *animum quoque*. Exorientur è Proselytis nostris qui quod dolemus non vidisse, felicioribus posteris commonstrabunt. Nunc quibus Lexicis utendum sit, indicabimus.

Anno 1683. Cantabrigiæ edidit *Gulielmus Robertson*, parvum Lexicon cui titulus: *Manipulus Linguæ sanctæ, seu index generalis difficiliorum vocum Hebræo-biblicarum irregularium & defectivarum ad suas proprias Radices & Radicum Conjugationes Tempora & Personas &c. reductarum*. Lexicon illud perfecit J. Leusden, ediditque Ultrajecti anno 1687. Opus sanè Tyronibus utilissimum; si tamen post primum mensem ex il-

lorum manibus excutiatur. Timendum enim est ne pigriores minùsque solertes in investigandis Radicibus effecti cùm illo subsidio carituri sunt, rudes iterum & ad elementa relegandi judicentur.

Igitur Lexico Buxtorfiano statim utendum. Non concordat quidem in omnibus cum novæ Grammaticæ præceptis. Possunt tamen nostri Discipuli, si ad ea sola quæ litteras spectant attendere velint, sic eo fermè uti ut si in eorum gratiam concinnatum esset: nec repugnat experientia. Tempus erit, cùm illorum aliquis Lexicon juxta novam Grammaticam instituet. Vocum significationes altiùs rimabitur, & exhibebit quid singulæ significent non tantùm apud Judæorum Grammaticos, sed etiam apud Vulgatum Interpretem, LXX. & alios, quorum pretiosas reliquias collegit Vir supra nostras laudes D. Bernardus de Montfaucon in Hexaplis Origenianis. Nec omittet recentiorum Criticorum placita, laudabilesque conjecturas:

(*Quod sperabat eruditus Canoni-*

cus, *id præstitit unus ex ejus Discipulis libro Gallico qui nunc prœlum exercet*; (Racines Hébraïques sans points.) *Exiguum quidem*, *si molem spectes*, *illud Lexicon*; *at omnium quotquot hactenus prodiêre multò locupletissimum*.)

Ut prima illa interpretatio gratior utiliorque simul fieret, vellem interpretantibus tres Versiones adessent, Vulgata scilicet, Græca LXX. Interpretum, & alia Massorethicæ punctationi strictius inhærens, ut Pagnini, Vatabli, Leonis Judæ, Tremellii &c. Adjiciendus etiam optimus Commentarius, qui, si sit opus aut lubeat, in difficilioribus consulatur. At interlinearibus Versionibus & Hutterianâ Textûs Editione, in quâ dictionum omnium Radices speciali charactere designantur, penitùs interdicimus. *Pigrorum pontes sunt*, ut ait Sextinus Amama *Consilio de studio Hebraïco feliciter instituendo*.

Fortassis existimabitur non nisi longo temporis spatio sic evolvi posse libros omnes Biblicos. Sed experti possumus asserere homines non admo-

dum excellentis ingenii, modò sint laboris patientes nec Linguis ediscendis inepti, si præsertim antea Librorum sacrorum Versionem aliquam multoties legerint, posse intra quatuor menses Textum Hebraïcum a primo versu ad ultimum explicare. Quod si qui tardiores aut aliis distracti huic operæ vel annum integrum impenderent; non esset cur male collocatum arbitrarentur, quodcumque temporis in ediscendis rebus ante alias curâ cognitioneque dignissimis insumsissent.

Postquam Sacrum Codicem eâ ratione perlegeris; ut vocum Hebraïcarum significationem animo penitùs insculpas, nihil utilius quàm si dies octo decemve Leusdeniano Compendio vaces. Imò illud è manibus deponi noluerim, donec in eo occurrat nihil quod legentem tantillùm moretur. Utilior quidem foret ille liber si ad nostram Methodum institutus esset, si paulò prolixior; si omnia vocabula anomala, si Phrases irregulares, si ferè omnia loca difficiliora complecteretur; si versiculorum

fragmenta quibus constat essent minùs concisa, mentique exhiberent sensum clariorem magisque completum. Talis est ille quem in usum meum ab aliquot annis raptim compegi, brevi proditurum *dias in luminis oras*, si typographica Lucina faveret. Verùm qualecunque sit Leusdeni Compendium, qui primâ Textûs Hebraïci lectione defuncti fuerint, summam ex eo utilitatem capient.

Non minori fortassè fructu postea evolverentur quidam vocum indices tam Alphabeti quàm rerum ordine digesti, quibus Radices omnes continentur in varias classes distinctæ, sive communiorum, sive difficiliorum, sive earum quæ semel tantùm bisve occurrunt, aut pluribus vel paucioribus constant quàm tribus litteris.

Exacto Leusdeni Compendio Codex sacer a primo ad ultimum relegendus. Quo absoluto, nostri Discipuli eâdem facilitate libros Historicos interpretabuntur, quâ Livius, Cæsar, Sallustius verti solent ab iis qui in celebriorum Academiarum Rhetoricâ primas tenent; Libros ve-

rò Propheticos aut Scriptos Poëtico sermone, quemadmodum iidem Classicos Auctores difficillimos. Ut in explicandis Plauto, Horatio, Juvenale, Persio &c. sic in Propheticis Poëticisque Scripturæ libris haud paulò major difficultas: quòd non satis sit nosse quid verba significent, sed præterea sciendum, quod consilium Auctoris, quis genius, quis privus scribendi color, quis ordo verborum, quæ figuræ, qui sæculi mores, quid Scriptor subintelligat, quibus rebus alludat & alia sanè multa quæ nec omnibus, nec nisi post improbum studium legentibus omnino patent.

His ego de causis semper existimavi optimum quidem fore, ut in inferioribus scholis disceretur legi Hebraïcè, & utinam Humanistis ac Rhetoribus traderetur cum Alphabeto Hebraïco ratio legendi Hebraïca, adjectis primis grammaticæ rudimentis, opere pagellarum ad summum duodecim. At ut Lingua Hebraïca discatur eo quo discenda est modo, etiam nunc mihi persuasum est, non tantùm opus esse ingenio fir-

mo & maturo, ſed etiam bonis literis jam per aliquot annos gnaviter ſubacto.

Non ſatis conſultè in plano ſubſiſterent eam metam prætergreſſi quam deſignavimus, niſi ad Chaldaïca, & Syriaca confeſtim properarent. Nam præterquam quòd nihil ad perficiendam Linguæ cujuſvis notitiam magis valet quàm illius varias dialectos perſpectas haberi; tam parum ab Hebraïcis diſtant Chaldaïca & Syriaca, ut Hebraïcè jam docto, ludus ſit utraque addiſcere. Infra duos menſes curſim & properante linguâ explicabit Chaldaïca Danielis & Eſdræ ac præcipuorum Paraphraſtarum. Citiùs adhuc Syriaca pervadet. Vix enim in noſtrâ Methodo diſtant a Chaldaïcis. Si Samaritica penitùs contemnenda non exiſtimet, intra quindecim dies rem conficiet, & quicquid ex eâ Linguâ ſucci haberi poteſt exprimet. Hæc omnia probant quas Linguarum illarum Grammaticis præmiſimus Præfationes; ſed maximè ipſa experientia.

Erit ergo hæc præloquii noſtri con-

clusio. Qui novâ Methodo impigrè usus fuerit, intra annum vel quindecim ad summum menses, sciet Hebraïcè, Chaldaïcè, Syriacè, nec non & Samariticè, si non eodem prorsùs modo quo Latinè doctus est, at eo qui Theologum decet, imò qui Scripturæ sanctæ Interpreti planè sufficit. Pudere deberet omnes, qui neglecto vel contemto tam necessario tamque facili apparatu nihilominus sacrarum Litterarum Interpretes vocari se non tantùm permittunt, sed & gloriantur, &, si negetur, excandescunt.

GRAM-



GRAMMATICA HEBRAICA

A punctis aliisque inventis Massorethicis libera,

CAPUT PRIMUM,

De Litteris Hebraicis ac legendi ratione.

I,

Alphabetum Hebraicum.



CRIBUNT Hebræi a dextra ad sinistram. Litteras habent viginti duas, quarum figuras, nomina, & pronuntiationem videre est in subjecta tabula.

Figura.	*Nomen* seu *Denominatio artificialis.*		*Potestas* seu *Pronuntiatio.*
א	Aleph.	a	
ב	Beth.	b	nunquam pronuntiatur ut consonans *v*.
ג	Ghimel.	g	semper pronunciatur ut in *rego*, *regalis*, *regula*.
ד	Daleth.	d	
ה	He.	e	
ו	Ouau.	ou	semper vocalis.
ז	Zain.	z	ζῆτα Græcorum.
ח	Heth.	é	ἦτα Græcorum.
ט	Teth.	t	ταῦ Græcorum.
י	Iod.	i	semper vocalis.
כ	Chaph.	ch	χῖ Græcorum.
ל	Lamed.	l	
מ	Mem.	m	
נ	Noun.	n	
ס	Samech.	ſ	
ע	Ain.	á	fortiter aspiratum & gutturale.
פ	Phe.	ph	φ Græcorum.
צ	Tſade.	tſ	
ק	Kouph.	k	vel q κόππα, seu κάππα
ר	Reſſ.	r	
ש	Sſin.	ſſ	
ת	Thau.	th	θ Græcorum.

Quinque nimirum כמנפצ in fine vocum sic scribuntur ךםןףץ

Sex istæ אהלתמר interdum in hanc formam dilatantur אהלתםר ne spatium aliquod vacuum in linea relinquatur, aut vox dimidiata lineam finiat.

ﭏ Duæ litteræ א & ל in hanc formam interdum coalescunt.

I I.

Pronuntiationis litterarum Hebraicarum amplior declaratio.

א

Aleph, ex quo ἄλφα Græcorum, una est ex iis, quæ vocantur a veteribus Hebræis *matres lectionis*, id est, vocales. Habetur nihilominus a Grammaticis hodiernis pro consonante, sed immerito; cum & ipsa hujus litteræ natura, veterumque omnium ea in re consensus persuadeant ipsam esse veram vocalem. Non semper eodem modo pronuntiabatur. A veteribus Interpretibus pronuntiatur ut A in אדם *Adam*. ut E in אל & compositis ut אליהו & ישראל *Elias* & *Israel*. ut I in איזבל *Iesabel*, ut O in אופיר *Ophir*. ut V in אורים *Urim*. Ubique a nobis pronuntiatur ut *a*.

Observabit Lector Græcos ab Hebræis

litteras accepisse. *Id*, inquit Eusebius l. 10. de præp. Evang. c. *6. ex Græca singulorum elementorum appellatione quivis intelligit. Quid enim Aleph ab Alpha magnopere differt? Quid autem vel Betha a Beth, vel a Gamma Gimel, aut Delta a Delt, aut He ab e, aut Zain a Zeta, cæteraque deinceps his similia.*

ב

BETH unde βῆτα Græcorum. A Grammaticis hodiernis duplici modo pronuntiatur; interdum ut *b*, alias vero ut consonans *v*. In priori casu infigunt ei in ventre punctum dictum *Daghess*. Efficit autem punctum istud juxta illos, ut quælibet ex sex sequentibus litteris ב ג ד כ פ ת duriori sono efferatur, cum ei punctum istud infigitur, quam si eo careret. Cum puncta penitus rejiciamus, has litteras semper pronuntiamus eodem modo.

Quam merito liquebit ex Ludovico Cappello de punctorum Hebraicorum antiquitate lib. 1. cap. 15. num. 4. & seqq. Neque ab Hieronymo, inquit, neque a 70 agnita fuit gemina ista harum litterarum pronuntiatio. Nam & 70 & Hieronymus, iisdem semper, non vero modo his, modo illis litteris Græcis aut Latinis ex-

presserunt sex istas Hebraicas, sive eæ sint Daghess affectæ, sive eo destitutæ. Undè liquet discrimen hodie usurpatum in litterarum istarum pronuntiatione, recens esse, a Massorethis punctorum inventoribus duntaxat observatum, & ab iis punctulo isto a se etiam in hunc finem excogitato designatum, ac non prius usurpatum. Nam si jam a Mosis, aut Esdræ tempore usurpatum & observatum fuisset hoc discrimen, procul dubio & 70, & Hieronymus in translationibus suis illud observassent, variisque litteris Græcis & Latinis varium istum harum litterarum sonum expressissent.

Videas itaque Beth Hebræorum sive sit Raphatum, sive Daghessatum (hoc est sive sine, sive cum Daghess) semper a 70 exprimi per B, Ghimel per Γ, Daleth per Δ: ab Hieronymo autem has tres litteras exprimi perpetuo per Latinas B, G, D.

Nec est quod hic objicias necessitate id ab eis factum esse, quod litteras Græcas & Latinas non haberent aspiratas, quibus hoc soni discrimen exprimerent, non autem quod varium illum sonum non agnoverint. Nam ut dem exceptionem istam locum aliquem habere posse respectu 70, certe non habet locum respectu Hieronymi. Nam primo si Hieronymus

agnovisset geminum τȣ̃ Beth apud Hebræos sonum, qualis hodie auditur, certe poterat Beth daghessatum exprimere per B Latinum; non daghessatum vero per V consonum. Sic enim hodie solet a Judæis & Christianis discriminis ergo pronuntiari. Secundo cum Hieronymus circa litterarum Hebraicarum potestatem satis curiosus sit, si agnovisset ullum in harum litterarum prolatione discrimen, illud omnino non tacuisset; & si elementis Latinis discrimen istud exprimere non potuisset, saltem illud ipsum significasset & annotasset. Quamquam quid vetabat quominus litterarum Gimel & Daleth aspirationem exprimeret, addito H post litteras G & D, sic gh, dh: quomodo aspirationem τȣ̃ ταῦ Hebræi, vel θῆτα Græci, exprimit per th? Quod cum non faciat, cum discrimen illud soni ne vel verbulo quidem indicet, patet id ab eo fuisse ignoratum.

Denique exceptio illa nullum habet locum respectu trium reliquarum litterarum ת, פ, כ. Nam harum litterarum & Græci & Latini agnoscunt tum tenues, tum aspiratas. Nihilominus tamen το *caph* semper exprimunt per χῖ, nunquam per κάππα. Hieronymus autem perpetuo per *ch*; hoc est semper ab iis aspiratur, nunquam ut tenuis profertur. *Phe* autem

70 ſemper per Φ, Hieronymus per F aut PH exprimit; nunquam illi per Π, neque Hieronymus per P. Imo vero variis in locis aperte teſtatur ſermonem Hebræum ignorare litteram P, ac pro ea uſurpare Græcorum Φ; (ut infra amplius oſtendetur.) Ad ת quod attinet, 70 illud ſemper per θ, nunquam per ſuum ταῦ; Hieronymus ſemper per *Th*, nunquam per *T* ſimplex exprimit, etiam tum cum ת habet dagheſſ impreſſum, ut תקוע, Θεκωὲ, *Thecua*; תימן, Θαιμὰν, *Theman*, &c.

Nec eſt quod quis objiciat id factum ideo quod (ut ante probavimus) Codices, quibus 70 & Hieronymus uſi ſunt, fuerunt punctis deſtituti. Etſi enim erant Codices illi plane nudi, ſi tamen tum uſu receptum fuiſſet ut litteræ illæ ת, פ, כ bifariam efferrentur, omnino geminum earum ſonum expreſſiſſent variis Græcis & Latinis litteris. Puncta enim non efficiunt ut ſic vel ſic proferantur litteræ quotidiana loquendi conſuetudine, ſed indicant tantum quid ferat quotidianus ſermo, quidve uſu in eo receptum ſit.

Ex his omnibus liquet tres priores litteras ד, ג, ב, a 70 & Hieronymo ſemper habitas fuiſſe pro tenuibus, nunquam pro aſpiratis. Contra poſteriores tres ת, פ, כ ſemper ab iiſdem aſpirari, nunquam eſſe

illis tenues. Itaque quod jam ex illa punctatione sex illæ litteræ modo aspirantur, modo fiunt tenues, hoc est a Massorethis punctorum inventoribus, qui in hac parte discesserunt a contribulibus suis doctissimis, tam 70 Interpretibus, quam Rabbinis illis, a quibus Hieronymus lectionem didicit Hebraicam. Non est ergo existimandum a Mose, vel Esdra esse ejusmodi punctum. Quis enim credat 70 Interpretes proximos sæculo Esdræ, quique scripserunt non totis centum annis post ejus obitum, ignorasse, vel non voluisse observare harum litterarum sonum geminum? Huc usque Cappellus.

Ex affinitate quæ inter ב & פ intercedit effectum videtur, ut nonnullæ voces idem significent sive per ב sive per פ scribantur. בזר & פזר dispersit. בצע & פצע sauciavit. צרב & שרף adussit. שרב & שרף combussit.

ג

GHIMEL, unde Græcorum γάμμα, prius dictum γάμλα, solo apice vel potius stimulo talari distans a נ una est ex litteris, quibus hodierni Grammatici duplicem sonum tribuunt, alterum densiorem & similem ei, quem tribuimus litteræ *g* ante vocales *a*, *o*, *u*; leniorem alterum eique similem, quem tribuimus consonanti *j*, aut eidem litteræ *g* ante

vocales *e* & *i*. Prius Ghimel a posteriori distinguunt per infixum *daghess*. A nobis ubique eodem modo pronuntiatur, nimirum ut pronuntiatur *g* in istis Latinis vocibus *regale*, *rego*, *regula*, & istis Gallicis *guerir*, *Guienne*, *Guitarre*.

Denominationem artificialem hujus litteræ expressimus per *Ghimel*, non quod eam censeamus aspirandam, sed solummodo ad excludendum lenem illum sonum, qui hodie Latinæ linguæ vocabulis tribui solet litteræ G, ante E & I.

ד

DALETH, Eusebio & Hieronymo Deleth & Delt, a quo δέλτα Græcorum, solo apice seu gibbo distans a ר. A Rabbinis dupliciter pronuntiatur, ideoque ei interdum infigunt punctum *Daghess*; sed immerito, ut visum est, nulloque alio fundamento, nisi quod Arabibus, a quibus Rabbini Grammaticam acceperunt, duplex est *D*.

ה

HE. Non est simplex aspiratio, ut volunt Grammatici recentiores, & veterum plerique teste Hieronymo ad nomina Deuteronomii: sed vera vocalis nostrum *e* breve, & Græcorum ἐψιλὸν exprimens: quamvis apud Eusebium &

in ipsis Bibliis reddatur per ױ. Figura parum differt ab ח. Usurpatur a Samaritanis ad eum sonum exprimendum, quem per vocalem *e* vulgo exprimimus. Juxta Hieronymum qq, in Gen. non raro per *a* exprimebatur. הבל Abel. אברהם Abraham, &c. *Nec mirandum*, inquit Sanctus Doctor, *quare cum apud Græcos & nos A littera videatur addita* (nomini Abram) *nos He litteram Hebræam dixerimus: idioma enim linguæ illius est per He quidem scribere, sed per A legere*. Hinc 2. Paral. 22. 5. legitur הרמים pro ארמים Aramæi, Syri. Æque multiplicem habet apud Massorethas, immo & apud veteres pronuntiationem ac א.

ו

OUAU, uti pronuntiat Eusebius in præparatione Evang. l. 10., litteris ז & ן finali non multum absimilis una est e tribus, quas veteres Hebræi *matres lectionis* vocarunt. A recentioribus habetur pro consonante, estque juxta illos ipsamet consonans *v* Latinorum. *Hanc litteram*, inquit Muisius in cap. 1. Grammaticæ Cardinalis Bellarmini, *per u efferunt Orientales, qui Hebræam linguam, utpote in Oriente natam, atque adeo magis patriam omnium optime pronuntiant. Illis tamen est consonans, nec nisi cum vocali syllabam fa-*

cit. Exempli gratia וא *per oua seu ϐα una syllaba ab illis legitur.* Hieronymus in Abdiam docet eam dupliciter pronuntiari, & per *o*, & per *u*. *Littera* ו, inquit, *& pro u, & pro o Hebræorum lingua accipitur.* Quibus verbis aperte docet eam accipi pro vocali. Idem censet Domnus Bernardus de Montfaucon disquisitione prævia in duo Lexica ad Hexapla Origenis: *Hæc littera*, inquit, *nunquam consonantis vice fungitur in fragmentis per Græcos descriptis; nec fungi posse videtur, quandoquidem initio vocum exprimitur per* ϐ, *ὀυαεὲ*, ויחי *& vixit.* Priorem hujus annotationis partem libentes suscipimus. Rationem vero cur littera ו dicatur fungi non potuisse apud veteres Græcos vice consonantis, iis expendendam relinquimus, quibus notum est nomina Latina, in quibus consonans V legitur, qualia sunt Varus, Virgilius, Vespasianus, Severus, a Græcis olim sic fuisse reddita, Ο"υαρος, Ο'υεργίλιος, Ο'υέσπασιανὸς, Σεουηρός &c. Eam pronuntiamus uti etiam nunc pronuntiatur ab Orientalibus, & uti ab antiquis Latinis pronuntiabatur vocalis *u*: id est uti nunc pronuntiamus diphthongum *ou*. Hoc pacto media est inter *o* & *u*, & utriusque vices gerit.

ז

ZAIN, apud veteres, Eusebium scilicet & Hieronymum *Zai*, est ζῆτα Græcorum. Habet aliquid affine quantum ad sonum cum littera ד. *Zain* quasi *Dzain*. Hinc vocabula Hebraica a ז *Zain* incipientia, cum in linguam Chaldaicam, aut Syriacam transferuntur, mutant ז in ד. Ab Hebræo זהב *aurum*, fit Chaldaicum דהבא *idem*. Quantum ad figuram, affinis est litteris ו & ן finali.

ח

HETH una est ex litteris Hebraicis, quarum genuina pronuntiatio præ cæteris ignoratur. Græcis ac Latinis ignotam esse docent Rabbini, & merito si eorum more pronuntianda est. Ab eis dissentimus, primum quod cum veteribus eam pro vocali habeamus: deinde quod illam pronuntiemus ut ἦτα Græcorum, a quo sicut nec nomine, ita nec figura multum discrepat. A Samaritanis non raro commutatur cum ה; unde non obscure probatur eam ut nostrum *e* fuisse pronuntiatam: quamvis per *a* etiam nec raro enuntiaretur. Differt ab ה, ut *Eta* differt ab *Epsilon*: id est, ut *e* longum differt ab *e* brevi; vel potius ut *e* gutturale differt ab *e* simplici. A veteribus tam dense

aspirabatur hæc littera, ut Septuaginta & alii illam reddiderint per *Chet*, seu χῖ. *Sciendum*, inquit Hieronymus lib. de nominibus Hebraicis in Gen. in voce *Cham*, *quod* χῖ *litteram in Hebræo non habeat. Scribitur autem per Heth, quæ duplici aspiratione profertur*. Et paulo post in voce *Chettæus*. *Sed hoc nomen non incipit a consonante littera, verum ab Heth, de qua jam supra diximus*. Clare consonantem esse negat. Et Comment. in cap. 9. Jerem. *Pro porta fictili Aquila, Symmachus, & Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuerunt* Harsith, *pro quo Septuaginta juxta morem suum pro aspiratione Heth litteræ, addiderunt* χῖ *Græcum, ut dicerent* Charsith *pro* Harsith; *sicut illud est pro* Hebron, Chebron, & *pro* Jeriho, Jericho.

ט

TETH, Græce τῆθ, unde adjecta aspiratione in principio, & mutata in fine, factum est Græcum θῆτα. A ת in eo solo quantum ad pronuntiationem discrepat, quod ת aspiretur, non ט. *Hanc enim litteram*, inquit Domnus Bernardus de Montfaucon, *non aspirabant veteres*. Vocatur T simplex ab Hieronymo, in lib. de nom. Heb. in Gen. post *Talam*, ros. *Huc usque*, inquit, *cum per litteram T simplicem legerimus, nunc aspiratione*

addita legendum est Thabal, *sive* Thubal, Thiras, Thogorma, Thares, &c. Et in nominibus de Josue, post vocem *Tyrus. Huc usque per T simplicem litteram legimus; exin aspiratione addita legendum est* Thaphue. Hujus litteræ figura non multum differt a ט.

י

IOD seu Ioth, ut in Lamentationibus Jeremiæ, & apud Eusebium, unde ἰῶτα Græcorum una est e tribus, quas veteres Grammatici *matres lectionis* dicunt. Vocalis est, ut patet vel ex ipso puncto *Hirek gadol* nostrum *i* exprimente, quod absque illa littera vix unquam reperitur, inquit Drusius in Alphabetho. Varie a veteribus fuit pronuntiata: ut plurimum ut *i*, nonnunquam ut *e*; quod patet ex Hieronymo in nominibus de Actis, *Esaias*, inquit, *salus Domini. Verum apud Hebræos ab* י *littera sumit exordium*. A nobis semper pronuntiatur ut *i* vocalis, nunquam vero ut *j* consonans: in quo a veteribus recedere nos facile concesserimus. Sed id agimus (sicut & in præcedenti ו quæ fortasse ut consonans olim interdum habita est) ut brevitati ac facilitati studeamus. Nimis enim incommodum esset pro re nullius momenti regulas multiplicare; ad sensum enim nihil refert, utrum

fit semper vocalis, an interdum consona. Notant multi litteram hanc aliter a Judæis Orientalibus, & aliter a Judæis Occidentalibus pronuntiari.

כ

CHAPH, potius quam Caph, Græce χαφ, uti legitur in Lamentationibus Jeremiæ 4. 11. & apud Origenem in Hexaplis, Eusebium & Epiphanium contra Hæreses est *c* aspiratum, *ch* Latinorum, sive χῖ Græcorum. Hieronymus enim in nominibus de Genesi, ubi recensset nomina, quæ Hebræis per ק scribuntur, ut *Cain*, *Ceni*, *Core*, *Cedma*, &c. subjungit hæc verba: *Huc usque per simplicem* C *litteram lecta sunt nomina. Exin aspiratione addita, id est per* χ *Græcum legenda Cherubim, Chettin, Chus, Chanaan*, &c. Similiter loquitur pluribus aliis in locis. *Poscit igitur antiqua consuetudo*, inquit Drusius in Alphabetho Hebraico veteri, *Chaph: & frustra sunt qui hodie semper Caph scribunt, eoque modo scribendum esse pertinaciter contendunt. Inepti homines, quibus etiam Josep placuit præ Joseph*. Illam ergo litteram dure ubique pronuntiamus, uti pronuntiatur a Latinis ante *a*, *o*, & *u*. Eam semper eodem modo pronuntiamus, contra mo-

rem recentiorum, qui hanc litteram puncto Dagheſſ modo afficiunt, modo non afficiunt: & conſequenter modo lenius, modo durius pronuntiant. A ב vix differt quoad figuram; unde fit, ut una pro alia non raro irrepſerit.

ל

LAMED, a quo λάμβδα Græcorum, ejuſdemque omnino pronuntiationis.

מ

MEM a noſtro *m* pronuntiatione non differt. Cum ultimum vocis locum occupat, ſic pingitur ם, vocaturque *mem clauſum*. Habetur tamen Iſai. 9. 7. mem clauſum pro aperto, in voce לםרבה *ad multiplicationem*; & viciſſim Nehem. 2. 13. mem apertum pro clauſo, in voce הם *ipſi*.

נ

NUN, vel potius *Noun*, uti legitur in Lamentationibus Jeremiæ, 4. 14. & apud Euſebium de præp. Evang. l. 10. & Epiph. lib. de pond. & menſur. ejuſdem eſt pronuntiationis ac noſtrum *n*. Job. 38. 1. & 40. 6. legitur מנ pro מן. Sphalma graphicum ſcrupuloſe, ne dicam ſuperſtitioſe conſervatum.

SAMECH,

ס

SAMECH, ejuſdem fere figuræ ac ם finale, eodem modo pronuntiatur ac σίγμα Græcorum. *Sciendum eſt*, inquit Hieronymus lib. de locis Hebraicis, in voce *Ramaſſes*, *quod apud Hebræos tres ſ ſunt litteræ. Una, quæ dicitur* ſ Samech, *& ſimpliciter legitur, quaſi per* ſ *noſtram litteram ſcribatur. Alia eſt* Sin, *in qua ſtridor quidam non noſtri ſermonis interſtrepit. Tertia* Sade, *quam aures noſtræ penitus reformidant*. Tanta autem eſt affinitas inter ס & ש, ut non pauca vocabula indiſcriminatim per ס, aut per ש ſcribantur. סתם & שתם obſtruxit. סכך & שכך operuit. רפס & רפש conculcavit. ספק & שפק plauſit. ספח & שפח ſcabies. סטים & שׂטים declinantes, &c.

ע

AIN juxta Euſebium, Hieronymum & veteres omnes, non *Hain*, multo minus *Hhain*, aut *Ghain*, quod proprie Arabicum eſt. Una eſt e litteris Hebraicis, quarum genuina pronuntiatio maxime ignoratur. Vocalis eſt Hieronymo. *Sciendum eſt*, inquit lib. de Nominibus Hebraicis, verbo *Gaza*, *quod apud Hebræos non habeat in principio litteram conſonantem, verum incipiat a vocali* Ain, *& di-*

citur Aza. Et in voce *Gomorrha*. *G litteram in Hebraico non habet, sed scribitur per vocalem* Ain. Et in *Segor*. *Ipsa est quæ est supra Seor. Sed sciendum est, quod litteram* G *in medio non habeat, scribaturque per vocalem* Ain. Nobis similiter vocalis est, pronuntiaturque ut *a*, & ab א non differt quantum ad sonum, nisi ut *a* longum distat ab *a* brevi; seu potius ut *a* gutturale differt ab *a* simplici. A Samaritanis sæpius commutatur cum א. Monet etiam David Kimchi in *Miclol*, cavendum esse, ne, cum א profertur, audiatur ע, quod argumento est litteras א & ע affinis esse soni, ita ut si minus accurate proferantur, una pro altera facile sumi possit. *Atque adeo*, infert Muisius in cap. 1. Grammaticæ Bellarmini, *sonum illum ex* n *&* g *conflatum strangulato flatu narium adminiculo, perque easdem spirante, (quorum unum per se incommodum est, & contra naturam, alterum turpe & vitiosum) qui a multis litteræ* ע *tribuitur, peregrinum esse & affictitium, qui prava consuetudine in hanc linguam invaserit*. Notandum litteram istam a veteribus exprimi modo per *a*, modo per *e*, interdum etiam per *o*. Nonnunquam aspirabatur, ideoque ei præfigebatur littera *G*, ut patet in *Gaza*, *Gomorrha*, &c.

פ

PHE, idem ac *ph*, seu φ Græcorum, non vero *p*, uti recentioribus placet contra veterum omnium usum. *Sciendum est*, inquit Hieronymus lib. de Nom. Heb. in Lucam, voce *Pilatus*, *quod apud Hebræos* p *littera non habeatur*, *nec ullum nomen est*, *quod hoc elementum resonet*. *Abusive ergo accipienda* (scilicet nomina scripta per *p*) *quasi per* f *litteram scripta sint*. Hinc idem S. Pater omnia nomina per פ incipientia expressit ibidem per *F*. Consuli potest in Nominibus de Actis, ubi legit *Filippus*, *Farisæi*, *Farao*, *Fisidia*, &c. rationemque super illam ultimam vocem assignat: *quia*, inquit, *ut supra dixi*, P *litteram non habent*, *propterea Pisidiam per* F *efferunt*. Et Comment. in cap. 2. Isaiæ: P *litteram Hebraicus sermo non habet*; *sed pro ea Phi Græco utitur*. Et in cap. 11. Danielis, sub finem, in voce *Apadno*. *Notandum autem*, *quod cum* P *litteram Hebræus sermo non habeat*, *sed pro ipsa utantur* Phe, *cujus vim Græcum* φ *sonat*; *in isto tantum loco apud Hebræos scribatur quidem* Phe, *sed legatur* P. *Nempe scripturæ hujus ratio est*, ait Ludovicus Cappellus l. 1. de punctorum antiquitate, cap. 15. n. 5. *quod vox illa non sit Hebræa*, *sed Persica*, *ut nonnulli Interpretes volunt*.

Persæ autem litteram P *agnoscunt .... Duæ duntaxat sunt voces Hebraicæ, in quibus* 70 פ *Hebraicum expresserunt per* π *Græcum. Nempe* פרס Πέρσαι (*idque quia vox est Persica, utpote nomen proprium illius gentis. Persica autem lingua agnoscit litteram* P, *& nota jampridem erat gens illa Græcis hoc nomine*) *&* פסח Πάσχα. *Quanquam & in libris Paralipom. semper exprimitur per* Φ Φασεκ. *Quibus Hieronymus addit tertiam* פלשת, *Palæstina, ubi* פ *Hebræum per* P *Latinum exprimit Hieronymus, quia regio illa hoc nomine pridem erat & Romanis, & Græcis nota, quibus* Παλαιστίνη *dicebatur. In hac tamen voce* 70 פ *expresserunt per* Φ, *non per* Π; *reddunt enim* Φυλιςεὶμ. Nec mirum videri debet, quod Hebræi caruerint littera *P*; cum etiam nunc Arabes, quorum lingua est Hebraicæ veluti Dialectus, ea careant. Carent exempli gratia hodierni Græci littera *b*, seu potius sono illi proprio, cum ubique litteram illam pronuntient ac consonantem *v*. Pronuntiatur ergo a nobis פ ut *Ph*, nec unquam ut *P*.

צ

TSADE, olim *Sade*. Priorem pronuntiationem retinemus, non quod eam credamus veriorem, sed ut illam litteram facilius a *Samech*, & *Sin* distin-

guamus. Deinde isti pronuntiationi non multum repugnat Hieronymus. Sic enim habet in cap. 11. Isaiæ. Sade *litteræ proprietatem, & sonum Latinus sermo non exprimit. Est enim stridulus, & strictis dentibus vix linguæ impressione profertur*. Et in Nominibus de Matthæo, voce *Nazareth: Scribitur autem non per* z *litteram, sed per Hebræum* Sade, *quod nec* s, *nec* z *litteram sonat*. Et in libro de locis Hebraicis, voce *Ramasses: Sade litteram nostræ aures penitus reformidant*. Pronuntiamus ergo צ ut *ts*. Aliquam habet צ cum ע figuræ affinitatem.

ק

KOUPH. Apud Eusebium aliosque Græcos κῶφ, unde κόππα, & postea κάππα Græcorum. Hieronymo est *C* simplex, ut supra in Chaph visum est. A nobis exprimitur per *K* præsertim, ut si contingeret Hebræa scribi characteribus Latinis, ק distingui posset a כ. Cæterum parum id refert, cum sit eadem & ק & כ pronuntiatio. Utraque enim littera semper pronuntiatur ut *K* vel *Q*, seu ut *C* durum, quomodo sonat ante *a*, *o*, & *u*. *Caro*, *cornu*, *cura*.

ר

RESS. ρ͂ς omnes libri veteres: nunc *Resch*; nimirum quia litteram ש Judæi hodierni pronuntiant plerumque per *Sch*. Nobis qui ש per duplex ſ exprimimus, ר eſt *Reſſ*. Nulla eſt controverſia circa litteræ hujus pronuntiationem. Jam olim notavit Hieronymus pluribus in locis, ר a ד ſolo apice differre: (Hoc ſenſu intelligendum illud Matth. 5. 7. *Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege*) & idcirco ex his duabus litteris unam non raro pro alia legi: *Pro eo quod* 70 *Interpretes*, inquit in Eccl. cap. 8. v. 6. *&* *Theodotio dixerunt* ſcientia, *in Hebræo* malitiam *habet*; *non* ſcientiam. *Sed quia* ר *Reſ &* ד *Daleth litteræ Hebraicæ parvo apice ſimiles ſunt*; *pro* רעת *legerunt* דעת, *pro malitia ſcientiam. Hoc melius ſciet qui ejuſdem linguæ habuerit notitiam.*

ש

SSIN, Euſebio *Sen*, quod & interdum contingit Hieronymo, ut in cap. 63. Iſaiæ. *In ea*, inquit in voce *Ramaſſes*, *ſtridor quidam non noſtri ſermonis interſtrepit*. Et qq. Heb. in Gen. *Pro ſtridulo Hebræorum ſin*. Et in Epiſtolam ad Titum: *Nos & Græci unam tantum litteram* S *habemus. Illi vero tres*; S *Samech*, S *Sade*,

& S Sin, quæ diversos sonos possident. Hanc ob causam, & ut a *Samech*, & צ *Tsade* distinguatur, illam pronuntiamus ut duplex *ſſ*:

Differre a *Samech* quoad sonum, probant duæ celeberrimæ voces שבלת & סבלת *Judic.* 12. 6. Recentiores Judæi illam dupliciter pronuntiant. Cum punctum gerit in dextro cornu, ut *Sch*: cum in sinistro, fere ut *Samech*. Sed nulla alia ratione, nisi quia ita ab Arabibus fieri viderunt primi eorum Grammatici. Primum *Sin* vocant ש ימין Schin iamin, *Schin dextrum*: Secundum ש שמאול *Schin smol*, schin sinistrum: *A Massoretharum tempore*, inquit Ludovicus Cappellus lib. 1. de punctorum antiquitate, cap. 15. num. 12. & 13. *littera* ש *afficitur punctulo, modo in dextero, modo in sinistro cornu. Unde geminus litteræ illius hodie auditur inter legendum sonus. Hoc soni discrimen ignorarunt tum* 70 *Interpretes, qui litteram illam semper exprimunt per Sigma Græcum; tum Hieronymus, qui eumdem sive dextro, sive sinistro afficiatur puncto, semper exprimit per litteram* S. *Verum quia aliquis putare posset id ab eis propterea factum, quod nulla in Græca, & Latina lingua esset littera, quæ illi Hebraicæ* ש *(cum puncto dextro signatur) accurate respondeat, ac propterea eos affinem litteram istius loco & vice assumsisse,*

& usurpasse ; notandum est Hieronymum, cum de littera illa verba facit, unum ei assignare sonum, non geminum ; quod omnino non fecisset, si jam ipsius tempore a Judæis, a quibus linguam Hebræam edoctus fuit, bifariam pronuntiatum fuisset istud elementum. Et allatis duobus testimoniis Hieronymi mox laudatis, pergit: *Ex his liquet ש Hieronymo unicum habuisse sonum, non geminum, ut hodie. Sed neque modo dextro, modo sinistro puncto fuisse notatum ; alioqui id non tacuisset Hieronymus, neque eum id latuisset. Itaque postmodum additum est hoc punctum, forte non tam ad designandum geminum ejus sonum, quam ad tollendam in rudiorum gratiam quarumdam vocum homonymiam ; quæ absque illo puncto ambiguæ forent significationis.*

Cappelli pronuntiatum egregie confirmat sequens Hieronymi locus, desumtus ex quæst. Heb. in Gen. 41. 29. *Miror quomodo verbum Hebraicum* Sabee, *quod nos supra abundantiam sive satietatem interpretati sumus*, 70 *rectissime transferentes, juramentum interpretati sunt ; cum & juramentum, & septem, & satietas, & abundantia ; prout locus & ordo flagitaverint, possit intelligi.*

Idem cum Cappello sentit Drusius Observationum lib. 4. cap. ult. *Hoc punctum*, inquit, loquens de puncto *Sin, veteres non agnoscebant.*

Objicit nihilominus Dominus Guarin. Grammaticæ pag. 7. male a me asseri duplicem pronuntiationem hujus litteræ fuisse veteribus ignotam: & allato Hieronymi loco qq. in Gen. cap. 2. v. 23. ubi ait: *Potest nomen* אשה *secundum varietatem accentus*, *&* mulier, *&* assumtio *intelligi*. *Hic*, inquit Guarinus, *per varietatem accentus nihil aliud intelligit sanctus Doctor, quam variam litteræ* ש *pronuntiationem*.

Sed primo. Mera conjectura nititur illa objectio, clarumque est locum obscurum nihil officere pluribus aliis expressissimis S. Doctoris textibus. Secundo. Conjectura illa falsa est, cum facile sit demonstrare per varietatem accentus ab Hieronymo intellectam non fuisse varietatem pronuntiationis. Ait nimirum Commentario in cap. 12. Ecclef. v. 5. *Verbum* שקד, *si varietur accentus*, *&* nucem *significat*, *&* vigilias. Atqui vocabulum istud sive *nucem* significet, sive *vigilias*, eodem modo pronuntiatur a Masforethis. Utrobique enim punctum habet in dextro cornu. Ergo per varietatem accentus S. Hieronymus non intellexit varietatem pronuntiationis. Quid intellexerit, necdum novi, variumque est variorum judicium. Sufficit impræsentiarum locum objectum mihi non adversari.

ת

THAU, ex quo ταῦ Græcorum, aſpirata in tenuem verſa. Aſpiratur a veteribus ת non ט. Hinc ab Hieronymo ט vertitur per *t* ſimplex: ת vero per *th*, ut videre eſt in libro de nominibus Hebraicis, pluribus in locis. *Huc uſque*, inquit, *per ſimplicem t*, nomina ſcilicet in quibus reperiebatur ט; *exin aſpiratione addita*, id eſt per th, *legendum eſt*, nomina ſcilicet, in quibus reperitur ת. Dupliciter a recentioribus pronuntiatur, ideoque ei inſigunt interdum punctum Dagheſ, ſed perperam, & tantummodo, quia ſic Arabibus moris eſt, a quibus plurima ejuſcemodi deſumſerunt.

III.

Præcipuæ litterarum Hebraicarum diviſiones.

DIVIDUNTUR litteræ Hebraicæ primo in *vocales*, & *conſonantes*.

Vocales ſunt ſex. א ה ו ח י ע.

Reliquæ ſexdecim conſonantes.

Reclamant Grammatici hodierni, litteraſque Hebraicas omnes habent pro conſonantibus; ſed immerito, & contra morem antiquum, ut jam oſtenſum eſt, & ulterius oſtendi poteſt luculento Joſephi

testimonio. Is enim libro *6.* de bello Judaico, cap. 15. litteras quatuor, quibus constat nomen Dei, יהוה vocat elementa quatuor vocalia. Ταῦτα δέ ἐςι φωνήεντα τέσσαρα.

Ex vocalibus quatuor *simplices*, ac *breves* dici possunt, nimirùm אהוי: reliquæ duæ ח & ע *duplices*, & *longæ*, quia vehementius aspiratæ.

Nulla vocalis cum alia in diphthongum coalescit in nova Grammatica; sed utraque seorsum pronuntiatur, & syllabam efficit. Hinc יהוה quadrissyllabum, יהי trissyllabum, אי dissyllabum, &c. Id autem agimus commoditatis ergo, & solummodo ad vitandam regularum multiplicationem. Scimus enim Hieronymum in nominibus propriis ex libro 2. Regum deductis, ad nomen חירם dicere, illud apud Hebræos per diphthongum scribi. Dissentiunt quidem plurimi ex recentioribus. *De diphthongis*, inquit Edmundus Castellus cap. 2. Harmoniæ suæ, *apud maximam & præcipuam Orientalium, Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabicorum Grammaticorum partem, altum est silentium. Quin ignotum illis est ipsum vocabulum, aut quo illud queant exprimere.* In eadem opinione est Dom. Guarinus. Ait enim Grammaticæ pagg. 26. & 27. *Plurimi Grammatici diphthongos consti-*

tuunt, *sed perperam....Judæi itaque saltem hodierni diphthongos non habent*. Dixerat tamen pag. 25. גוי *goi* (*gens*) *ut Græcorum diphthongus οι in λόγοι*, sermones, *sive ut oy in voce Gallica loyer*, (merces) *non goy*, *ut Gallice* moy: (*ego*) *neque cum diæresi & dissyllabus gôï*. גלוי *galoui*, *revelatus*, *ut ouy in voce Gallica louyez* (laudetis) *non galoui trissyllabus: neque galouy*, *ut Gallice* ouy. (*ita*.) Quomodo ista concilientur, *goi*que sit monosyllabum; *galoui* vero dissyllabum, & tamen diphthongi non sint, non capio. Non rarum est, ut qui Massorethas sequuntur, quamvis aliunde perspicacissimi sint, res etiam clarissimas non videant.

Dividuntur secundo litteræ Hebraicæ ratione organi, a quo potissimum formantur, in litteras *gutturis*, *palati*, *linguæ*, *dentium*, & *labiorum*.

Litteræ gutturis dicuntur esse אהחע

Palati, גיכק

Linguæ, דטלנת

Dentium, זסצרש

Labiorum, בומפ

Hæc divisio quamvis prima fronte parvi facienda videatur, usus est in Critica non contemnendi.

Dividuntur tertio in *affines*, & non *affines*. Affines dicuntur, quæ in se invicem possunt permutari. Affines autem sunt du-

plici modo præcipue, vel ob ſonum, vel ob figuram.

Affines ſunt ob ſonum primo, quæ ab eodem organo formantur. Hinc gutturalis quælibet cum aliis gutturalibus dicitur habere affinitatem. Idem dicendum de litteris palati, dentium, &c.

Secundo Affines ſunt ob ſonum & aliæ quædam, licet ab eodem organo non formentur.

Tales ſunt טדעל
collatæ cum צזגר

Figura affines ſunt illæ, quarum figuræ inter ſe non multum diſcrepant.

Tales ſunt עסטחזווהדדגב
collatæ cum צסמתןןיזחךרנכ

Frequens & magni momenti eſt hujus diviſionis uſus in Critica.

Dividuntur quarto in *radicales*, & *ſerviles*:
Radicales ſunt גדזחט, סעפ, צקר
Serviles vero אבהו, יכל, מנשת

Eſt omnium celeberrima hæc diviſio quantum ad Grammaticam. Verum de ea diſſerendi aptior erit locus, cum agetur de radicum Hebraicarum inveſtigatione. Non enim ſatis dilucide explicari poſſunt illius membra, ac ſubdiviſiones, quin plurima circa nominum, verborumque modificationes præmiſſa ſint.

IV.

Nova legendi ratio absque punctis.

NULLO negotio legerentur voces Hebraicæ quælibet, etiam absque punctis, si in singulis syllabis adessent semper vocales pronuntiandæ. Verum cum absint illæ frequentissime, & reperiantur quamplurimæ voces dissyllabæ, trisyllabæ, quadrisyllabæ, &c. in quibus aut una tantum, aut etiam nulla vocalis apparet; hinc oritur non levis legendi difficultas. Cum enim nulla syllaba efferri possit absque vocali, qui textum Hebraicum non punctatum legunt, duo plerumque ignorant, sine quibus nulla lectio stare potest. Ignorant primo, ubinam supplendæ sint vocales. Secundo ignorant, quænam vocales supplendæ sint.

Duplici regula duplicem istum nodum solvimus.

Prima. *Quotiescunque consonans aliam consonantem sequitur immediate & in eadem voce, inter utramque supplenda est vocalis.* Exemplum. In voce כל, inter Chaph & Lamed supplenda est vocalis. In ista מלך, supplendæ sunt duæ vocales: una inter מ & ל; altera inter ל & ך.

Secunda. *Inter duas consonantes supplenda est vocalis auxiliaris consonantis prioris.*

Vocalis *auxiliaris* Hebraicæ consonantis ea dicitur, quæ consonantem proxime sequitur, & cum ea sonat in illius denominatione artificiali; seu cujus *auxilio* consonantis nomen artificiale pronuntiatur.

Denominatio artificialis seu nomen artificiale consonantis ב est *Beth*: ג est *Ghimel*: ד est *Daleth*, &c. Dicitur nomen artificiale, quoniam ab *Artis* Grammaticæ Magistris fuit impositum.

Vocalis autem, quæ sequitur ב in illius denominatione artificiali, est *e*. Igitur *e* est vocalis auxiliaris ב.

Vocalis, quæ sequitur ג in illius denominatione artificiali, est *i*. Quocirca *i* est vocalis auxiliaris ג.

Vocalis quæ sequitur ד, est *a*; & sic de cæteris.

Ut ergo sciatur, quæ vocalis supplenda sit post consonantem, sufficit nosse consonantis illius denominationem artificialem. Vocalis enim, quæ in ista denominatione prior occurrit post consonantem, illa ipsa est, quæ post eam supplenda est & legenda.

Exemplum. Legenda occurrit vox פלשת in qua nulla vocalis. Per priorem regulam vocales subintelligendæ sunt post פ, post ל, post ש: & per secundam subintelligendum est *e* post פ, *a* post ל,

ו post ש ; & consequenter legendum *Phelassith*.

Similiter in ista voce גדלים : post ג subintelligenda est vocalis *i*, post ד *a*, post ל nulla, cum vocalis *i* post consonantem istam exprimatur; & consequenter legendum *Ghidalim*.

Brevitatis causa possunt duæ istæ regulæ in unam componi : *Quotiescunque consonans consonantem immediate sequitur in eadem voce, inter utramque supplenda est ea vocalis, quæ sonat cum priore consonante in illius denominatione artificiali*. Hæcque una sufficit, ut intra horam currente lingua legatur quivis textus Hebraicus, Chaldaicus, Syriacus non punctatus. Hacque legendi ratione Lingua Hebraica, aliæque veteres Orientales citius & certius discentur, quam huc usque trita methodo. Verum de his alibi.

Ne quid eos moretur, qui novam legendi rationem sequentur, exhibendum censuimus, quonam modo legendi sint priores versus capitis primi Geneseos, tam in Textu Hebraico, quam in Paraphrasi Chaldaica, & in Versione tum Syriaca, tum Samaritana.

Textus Hebraicus.

B*erassith bera Aleim ath essimim ouath earets. Ouearets eithe theou ouheou, ouessich*

ſich ál pheni theoum: ourouė Aleim merė-pheth ál pheni emim, Ouiamer Aleim iei aour; ouiei aour. Ouira Aleim ath eaour chi toub: ouibedal Aleim bin eaour, oubin eéſſich Ouikoura Aleim láour ioum, oulėſ-ſich koura lile. Ouiei áreb: ouiei bekour ioum aéd.

Paraphraſis Chaldaica dicta Onkeloſi.

Bekeudamin bera Iii ith ſſimia ouith arda. Ouarda eouth tſadia ourekounia, ouėſ-ſoucha ál aphi theouma. Ourouėad Iii me-noufſiba ál aphi mia. Ouamer Iii iea neoura, oueoue neoura. Ouėza Iii ith neoura ari teb, Ouapheref Iii bin neoura, ou bin éſſoucha. Oukoura Iii laneoura iouma, oulėſſoucha kou-ra lilia. Oueoue remeſſ, oueoue tſapher iou-ma éd.

Verſio Syriaca.

Beriſſith bera Alea ith ſſmia, ouith arda. Ouarda eouth thoue ouboue. Ouėſſou-cha ál aphi theouma. Ourouėad Alea merė-pha ál aphi mia. Ouamer Alea neoua noue-ra, oueoua nouera. Ouėza Alea lanouera daſſiphir. Oupheref Alea bith nouera lėſ-ſoucha. Oukoura Alea lanouera aimemá, oulėſſoucha koura lalia. Ouėoua, remeſſa, oueoua tſaphera iouma éd.

Verſio Samaritana.

Bekoumaouthe telames Alee ith ſſoumie, ouith arde. Ouarde eouth ſſame ourikouni. Ouéſſiche ál aphi theoume Ourié Alee menouſſibe ál aphi mie. Ouamer Alee eouer, oueoue ner. Ouéze Alee ith nere elateb. Ouaphereſſ Alee bin nere oubin eſſiche. Ouézak Alee lanere aimem, ouléſſiche zak lilie. Oueoue remeſſ, oueoue tſapher ioumeéde.

V.

De notis & accentibus, quibus voces & aliæ partes orationis a ſe invicem diſtinguuntur in Libris Hebraicis.

HEBRÆI olim, ut & aliæ gentes, abſque ulla diſtinctione, & uno veluti ductu libros ſuos ſcribebant. Phraſes a phraſibus nulla intercapedine diſtinguebant, imo ne voces quidem a vocibus. Hinc fiebat, ut ægre admodum, & incerte legeretur, etiam ab iis qui legendi erant peritiores.

Aliorum exemplo excitati vetuſtiores Maſſorethæ huic malo obviam ierunt, voceſque a vocibus diſtinxerunt, interjecto vacuo aliquo ſpatiolo; verſus vero ac periodos notulis quibuſdam, ſeu ut vocant accentibus, quos eam ob cauſam

accentus pausantes & *distinguentes* dixerunt.

Eorum primum juxta suam pronuntiandi rationem vocant *Silluk* סלוק, alio nomine סוף פסוק *Soph Pasuk*, id est finem versus. Versum integrum claudit, estque instar puncti Latinorum. Collocatur in fine versus, habetque figuram duorum punctorum crassiorum & quadratorum.

Secundum vocant *Athnach* אתנח. Medias periodos, seu potius medios versus distinguit; estque fere instar duorum nostrorum punctorum. Figuram habet tigilli fracti ^, poniturque sub penultima dictionis littera hoc modo. דָבָר

Tertium vocant *Zakeph Katon* זקף קטון. Supra penultimam dictionis litteram ponitur. Figuram habet nostrorum duorum punctorum : דבר. Vicem gerit nostri puncti cum virgula, designatque semicola.

Quartum denique vocant *Revia* רביע. Minimis distinctionibus inservit, instar nostræ virgulæ. Supra penultimam dictionis litteram, sicut & præcedens, incubat, habetque figuram unius puncti. דבר.

Ex his accentibus primus solus reperitur in libris non punctatis. Cæteri, præsertim duo postremi, vix discerni possunt

præ exilitate. Rem ſtudiis Hebraicis nec ingratam, nec inutilem præſtaret, qui hiſce interpunctionum notulis vulgatas ſubſtitueret, eamque hac in Grammatica tentamus. Iis non uti cum nulla ratio vetet, nihil aliud eſt, quam, invento pane, glande veſci.

Nullæ ſunt Hebræis notæ, quæ punctorum noſtrorum tum admirationis, tum interrogationis, item & parentheſium vices gerant, quod dolent Hebraizantium non Tyrones modo, ſed & Principes ac Triarii. Cappellum noſtrum audiamus eodem libro, cap. 17. n. 16. *Ut magna fuit*, inquit, *Maſſoretharum diligentia in excogitandis tot apiculis*, (loquitur de punctis) *ita etiam altera ex parte cernere in illis licet magnam ſive incuriam, ſive incogitantiam, & ἀβλεψίαν, quod nulla excogitarint parentheſεων, interrogationum, interjectionum, ſive exclamationum ſigna, atque notulas proprias. Quæ tamen notæ non utiles modo, ſed prope neceſſariæ ſunt ad capiendum ſcripti alicujus, (maxime ſi paulo ſit obſcurius, intricatius, & lingua minus familiari conſcriptum) ſenſum genuinum, mentemque tenendam atque capiendam. Atque hinc etiam rurſus evinci poteſt hos apiculos non eſſe a Moſe, aliiſque Prophetis. Nam ſi adeo fuiſſent θεόπνευστοι illi viri in minutiis illis Grammaticalibus accurati, ut*

tot tam parum utiles, minimeque necessarios apiculos inter scribendum usurparint; quis credat illos fuisse vel tam incuriosos, atque negligentes, vel tam ignaros atque incogitantes, ut de aliis apiculis longe utilioribus magisque necessariis non cogitarint? Certe ejusmodi oblivio ab incuria, sive ab ignorantia aut ἀβλεψία profecta fuerit, in humanum quidem Massorethārum spiritum cadere potuit; at in Spiritum sanctum, quo Moses, reliquique Prophetæ non minus inter scribendum, quam inter loquendum acti sunt, cadere non potest.

Licet etiam hic nobis optare, ut à Judæorum Grammaticis inventæ essent, & in usum inductæ majusculæ litteræ, quibus nomina propria ab aliis primo intuitu distinguerentur. Id commodi non inconcinne præstitit Typographi nostri solertia.

Communis nunc est doctiorum sententia licere interdum, nempe quoties sensus commodior exurgit, distinctionem & pausationem Massorethicam repudiare.

V I.

De Notis Hebræorum Arithmeticis.

SOLENT Hebræi per Alphabethi litteras numerare, sicut & Græci. Novem prioribus designant unitates, novem sequentibus decades, quatuor reli-

quis, & quinque finalibus numeros centenarios.

א	1	י	10	ק	100
ב	2	כ	20	ר	200
ג	3	ל	30	ש	300
ד	4	מ	40	ת	400
ה	5	נ	50	ך	500
ו	6	ס	60	ם	600
ז	7	ע	70	ן	700
ח	8	פ	80	ף	800
ט	9	צ	90	ץ	900

Numeros millenarios duplici modo exprimunt:

Primo iisdem litteris duobus punctis superne insignitis in hunc modum א̈, ב̈, &c. Litteræ his punctis insignitæ tot millenarios exprimunt, quot absque illis punctis exprimerent unitates.

א̈	1000
ב̈	2000
ד̈	4000
י̈	10000
ק̈	100000

Secundo per littteram א duobus punctis superne notatam, quæ abbreviatura quædam est vocis אלף seu אלפים *mille* seu *millia* significantis, cui præponunt alias litteras, quibus juxta traditas regu-

las exprimunt numerum millenariorum quem volunt.

א̈	1000
ב א̈	2000
ד א̈	4000
י א̈	10000
ק א̈	100000

Ex his numeris, si ita loqui fas est, *completis*, ac *rotundis* formant numeros quoslibet *compositos*, ut videre est in sequenti tabula.

יא	11	קי	110
יב	12	קלד	134
יג	13	שמח	348
יד	14	סנב	652
כה	25	ףסח	868
לו	36	ץפז	987
מז	47	א̈א	1001
נח	58	א̈עא	1071
סט	69	א̈קסב	1162
עב	72	דא̈ד	4004
פד	84	קא̈עד	100074
צו	96	סדא̈ח	64008
קא	101	א̈זכז	1727

Cum quindecim numeranda sunt, non scribunt יה, uti juxta regulam scribendum esset, cum י decem, & ה quinque significent; ne uno ex divinis nominibus pro numero utantur, quod indecens

existimant : sed scribunt טו, quod eodem recidit . Nam illæ duæ litteræ faciunt quindecim, sicut & istæ יה ; siquidem ו sex exprimit, & ט novem, quæ conjuncta dant quindecim.

CAPUT SECUNDUM.

De Nomine.

TRES orationis partes numerant Hebræi, idque juxta Arabum morem : *Nomen*, cui pronomen adjungunt ; *Verbum*, cui annectunt participium ; & *Dictionem*, qua adverbia, præpositiones, conjunctiones & interjectiones complectuntur.

Circa nomina quinque potissimum consideranda sunt, nimirum genus, numerus, casus, status regiminis, aut absolutus, denique forma seu species.

I.

Quotuplex nominum genus apud Hebræos?

DUPLEX tantum proprie loquendo, *masculinum*, & *fœmininum*. Carent genere neutro.

Verum quia non pauca eorum nomina

ſub eadem terminatione utrumque genus complectuntur, & uſurpantur modoin maſculino, modo in fœminino, his duobns generibus non incongrue additur & tertium, nempe *commune*.

Nomina autem generis communis ea ſunt præcipue, quæ ſub ſe ſexum utrumque complectuntur. Talia ſunt nomina animalium. בקר *bos*, עוף *avis*, בהמה *jumentum*, נשר *aquila*, נחש *ſerpens*, נער *puer*, *puella*, &c.

Dicitur *præcipue*: ſunt enim & alia quædam nomina, quæ ſub eadem terminatione utroque genere uſurpantur, nulla alia de cauſa, niſi quia ſic voluit linguæ uſus. Talia ſunt אש *ignis*, רוח *ſpiritus* מקום *locus*, quæ accurate noſſe nihil, aut parum intereſt.

I I.

Per quid agnoſcatur Hebraicorum nominum genus.

GENUS nominum Hebraicorum agnoſcitur *terminatione*, *ſignificatione*, *adjunctis*.

Agnoſcitur primo terminatione. Quæcunque enim nomina non terminantur in ה aut in ת ſervilibus, id eſt, radici additis, ea ut plurimum maſculina ſunt. ספר *liber*, זבח *ſacrificium*.

Quæ vero terminantur in ה aut in ת servilibus, ea sunt fœminina. צדקה *justitia*, אגרת *epistola*, גפרית *sulphur*, &c.

Facilius adhuc dignoscitur nominum genus in numero plurali. Quæ enim terminantur in ים masculina; מלכים *Reges:* quæ in ות fœminina sunt; מלכות *Reginæ*, &c.

Agnoscitur secundo significatione.

Masculina enim sunt nomina hominum, & officiorum hominibus peculiarium: item & populorum, montium, fluviorum, mensium, &c. Ratio est, quod nomina montium, fluviorum, & mensium referantur ad aliquod nomen ex istis, quæ masculina sunt. הר *mons*, נהר *fluvius*, חדש *mensis*. Hinc גלבע *Gelboe*, פרת *Euphrates*, ניסן *Nisan* masculina sunt.

Feminina vero sunt nomina mulierum & officiorum muliebrium: item & Urbium, Provinciarum, Regnorum, &c. Nempe quia Urbium, Provinciarum, & Regnorum nomina referuntur ad aliquod ex istis, quæ feminina sunt. ארץ *terra*, קרית *Urbs*, מדינה *Provincia*, מלכות *Regnum*. Hinc fœminina sunt, יהודה *Judæa*, גליל *Galilæa*; דמשק *Damascus*; מצרים *Ægyptus*, &c.

Denique communia sunt, quæ sub se sexum utrumque complectuntur, qualia

sunt nomina animalium, ut jam notatum est.

Agnoscitur tertio nominum Hebraicorum genus per adjuncta, quæ plerumque ejusdem sunt generis, ac nomina, quibus adjunguntur. Adjuncta autem ista sunt nomina adjectiva, participia, pronomina, imo & verba. Verba enim, ut & nomina apud Hebræos genus habent tum masculinum, tum fœmininum.

I I I.

De numeris nominum Hebraicorum, & quomodo formentur.

Numerus nominum Hebraicorum duplex: *Singularis*, & *Pluralis*. Additur ab aliis tertius, nimirum *Dualis*, de quo mox seorsum differetur.

Pluralis numerus a singulari formatur.

In masculino quidem additione syllabæ ים. שיר *canticum*, שירים *cantica*; מלך *Rex*, מלכים *Reges*.

Excipiuntur masculina desinentia in ה, quæ illud ה in plurali mutant in ים. שדה *ager*, שדים *agri*, non שדהים; יונה *columba*, יונים *columbæ*.

Nomina desinentia in י pluralem quidem formant additione syllabæ ים. גוי *Gens*, גויים *Gentes*; נכרי *alienigena*, נכריים *alienigenæ*; יהודי *Judæus*, יהודיים

Judæi; מצרי *Ægyptius*, מצריים *Ægyptii* &c. Verum in hujusmodi pluralibus plerumque fit crasis, duoque Iod in unum contrahuntur. גויים, גוים *Centes*, &c.

Fœminina, quæ masculinorum formam imitantur, id est, quæ non desinunt in ה aut in ת serviles, pluralem numerum formant additione syllabæ ות. חרב *ensis*, חרבות *enses*; ארץ *terra*, ארצות *terræ*; קשת *arcus*, קשתות *arcus* in plurali. Scilicet in hac dictione קשת consonans ת est radicalis.

Quæ vero desinunt in ה, aut in ת serviles, illas mutant in ות. תורה *lex*, תורות *leges*; אגרת *epistola*, אגרות *epistolæ*.

Quæ desinunt in ית, aut in ות, mutant illas syllabas in יות. ראשית *principium*, ראשיות *principia*; מלכות *regnum*, מלכיות *regna*.

I V.

Observationes, & anomaliæ nonnullæ circa nominum Hebraicorum numeros.

NOMINA Hebraica quamplurima singularem tantum habent numerum. Talia sunt.

Primo Nomina metallorum. זהב *aurum*, ברזל *ferrum*, &c.

Secundo Nomina liquorum, יין *vinum*, תירוש *mustum*, דבש *mel*, יצהר *oleum*, &c.

Tertio Denique alia non pauca. עשק *calumnia*, עמל *labor*, &c.

E contrario nonnulla habent tantum numerum pluralem. חיים *vita*, נעורים *juventus*, בתולים *virginitas*, &c.

Maſculina quædam in plurali habent terminationem fœmininam. אב *pater*, אבות *patres*, אוצר *theſaurus*, אוצרות *theſauri*, &c.

Viciſſim fœminina nonnulla habent in plurali terminationem maſculinam. לבנה *later*, לבנים *lateres*; שערה *hordeum*, שערים *hordea*, &c.

Quædam pluralia utramque terminationem ſortiuntur, maſculinam, & fœmininam, abſque ulla tamen generis immutatione. עצם *os*, עצמים & עצמות *oſſa*: צבא *exercitus*, צבאים & צבאות *exercitus* plur. תהלה *oratio*, תהלים & תהלות *orationes*; צבי *caprea*, צביים Nehem. 7. 56. צבאים 1. Paral. 12. 8. & צבאות Cant. 2. 7. *capreæ*.

Nec deſunt, quæ ſimul utramque terminationem complectuntur. במה *excelſum*, במותים *excelſa*. על במותי ארץ Deut. 32. 13. *ſuper excelſa terræ*.

Reperiuntur etiam in ſacro Textu pluralia quædam maſculina deſinentia in ין ritu Chaldaico. מלכין pro מלכים *Reges*, ימין pro ימים *dies*.

Huc uſque nihil difficultatis eſt in iſtis

anomaliis; superest una annotanda, quæ incipientibus aliquanto plus affert laboris & molestiæ.

Nimirum pluralia masculina in ים non raro illud י amittunt: quo in casu sola fere loci exigentia pluralia esse dignoscuntur. מלכם pro מלכים *Reges*, נשׂאם pro נשׂיאים *Principes*, עשרם pro עשרים *viginti*, &c.

Similiter pluralia fœminina in ות suum ו sæpissime amittunt, tuncque vix possunt a singularibus discerni. מארת pro מארות *lumina*, אתת pro אתות *signa*, &c.

Irregularitati huic causam dedisse videtur punctatio Massorethica. Cum enim juxta Massorethारum principia, duæ istæ litteræ י & ו per se nullum sonum edant, sed tantum ratione punctorum, quibus afficiuntur; punctis illis positis, factæ sunt inutiles, deinde compendii causa expunctæ.

Verum de harum vocalium tum in his, tum in aliquibus aliis locis omissione fusius, & aptius differetur infra cap. 19.

V.

De Duali Hebræorum.

ASSERUNT Grammatici hodierni omnes esse apud Hebræos Dualia, eaque duplicis generis.

Priora, quæ longe frequentiora ſunt, locum habent in rebus, quæ natura, aut arte duplices ſunt. יד *manus*, ידים *duæ manus*; עין *oculus*, עינים *duo oculi*; כנף *ala*, כנפים *duæ alæ*; רחים *duæ molæ*, דלתים *duæ fores*, *januæ*.

Alterum Dualium genus a Duali Græcorum minus diſtat. Quod ut clarius intelligatur, advertendum eſt Hebræos, cum exprimere volunt *duos dies*, *duo talenta*, *duo millia*, non ſemper more noſtro dicere שנים יומים *duos dies*, שנים ככרים *duo talenta*, שנים אלפים *duo millia*; ſed ſimpliciter יומים *dies*, ככרים *talenta*, אלפים *millia*, non addita voce שנים, quæ *duo* ſignificat.

In punctatione Maſſorethica Dualia iſta, tam priora, quam poſteriora, a pluralibus diſtinguuntur terminatione. Pluralia enim deſinunt in *im* ſimpliciter, Dualia vero in *aim*. Cum autem puncta Maſſorethica repudiemus, quæretur procul dubio, quibus indiciis iſta Dualia a pluribus diſtinguamus?

Primo evidens eſt iſto incommodo (ſi incommodum eſt) æqualiter premi, quotquot textum Hebraicum non punctatum legunt, licet illum legant juxta punctationis Maſſorethicæ regulas. Iſta enim Dualia, ſaltem maſculina, ſi ſolæ litteræ ſpectentur, eodem prorſus modo termi-

nantur, ac pluralia: & consequenter in libris non punctatis nullatenus a pluralibus differunt.

Secundo, inutile est Dualia prioris generis, sive masculina sint, sive fœminina, a pluralibus distinguere. Etenim licet pro pluralibus accipiantur, eumdem sensum pariunt.

Tertio, quod spectat Dualia posterioris generis, ea vel masculina sunt, vel fœminina. Fœminina facile distinguuntur a pluralibus. Formantur enim a plurali per additionem syllabæ ים. שנה *annus*, Plur. שנות. Dual. שנותים *duo anni* שפה *labium*. Plur. שפות, & detracto ו, שפת *labia*. Dual. שפתים *duo labia*. אמה *cubitus*. Plur. אמות & אמת. Dual. אמתים *duo cubiti*. ירכה *femur*. Plur. ירכת Dual. ירכתים *duo femora* aut *latera*. מאה *centum*. Plur. מאות. Dual. מאתים *ducenta*. חמה *murus*. Plur. חמת muri. Dual. חמתים Isa. 22. 11. *duo muri*. רחמה *puella*. Plur. רחמות & רחמת. Dual. רחמתים Judic. 5. 30. *duæ puellæ*. חמור *acervus*, חמורתים Judic. 15. 16. *duo acervi*. סאה *mensura*, סאתים 1. Reg. 18. 32. *duæ mensuræ*.

Verum quidem est Dualia masculina, si quæ sunt, in nova methodo a pluralibus terminatione non differre: Sed duo dicimus.

Primo Terminationem in *aim* non semper dualitatem

dualitatem inferre, etiam apud Maſſorethas; cum juxta eos conveniat quibuſdam vocabulis, quæ nullam dualitatem exprimunt, מים *aquæ*, שמים *cælum*, צהרים *meridies*, ארבעתים *quadruplum*, שבעתים *ſeptuplum*. Legitur etiam Levit. 11. 23. ארבע רגלים *quatuor pedes*; 1. Sam. 2. 13. שלש השנים *tres dentes*; Ezech. 1. 16. ארבע כנפים *quatuor alæ*; Zach. 3. 9. שבעת עינים *ſeptem oculi*. Hæc omnia in Bibliis Maſſorethicis terminantur in *aim*.

Dicimus ſecundo in nova methodo dualia a pluralibus diſtingui poſſe hac regula, quæ videtur eſſe linguæ Hebraicæ propria; ſcilicet ut res plurali numero enunciatæ, numero duali ſeu binario exprimantur, & reddantur, quoties non exprimitur earum numerus, quem tamen exprimi loci circumſtantiæ exigunt.

Obſervationem hanc illuſtrabunt exempla quædam e ſacris Libris petita. Dicitur 1. Reg. 16. 24. Amri emiſſe a Somer montem Samariæ ככרים כסף, id eſt, *talentis argenti*, non expreſſo talentorum numero. Vox illa ככרים terminatione ſua nullatenus differt a plurali, verumque plurale eſt in nova methodo. At juxta regulam modo traditam, illud plurale numero duali accipiendum eſt, & per binarium efferendum cum Vulgata, & Verſionibus omnibus. Planum enim eſt Scriptorem

ſacrum indicare voluiſſe, quot talentis Amri acquiſierat montem Samariæ. Cum ergo talentorum illorum numerum taceat, admiſſa præcedente regula, ſequitur vocem illam ככרים duali numero eſſe accipiendam, duoque talenta ſignificare.

Joſ. 7. 3. dicitur: *Reverſi dixerunt ad Joſue, non aſcendat omnis populus, ſed* אלפים, ad verbum *millia*; deinde additur *aut tria millia*. Evidens eſt Auctorem ſacrum per vocem אלפים voluiſſe exprimere, quot hominum millia mittenda eſſent; & conſequenter per regulam modo propoſitam, vocem illam duali numero eſſe accipiendam, & ſignificare *duo millia*.

Num. 11. 19. Moyſes Iſraelitas alloquens: *Comedetis carnes*, inquit, *non diem unum, neque dies* ולא יומים, *neque quinque dies, neque decem dies, ſed menſem integrum*. Patet vocem יומים hic numerum quemdam determinatum ſignificare ex mente Moyſis, & conſequenter juxta regulam traditam, numerum dualem. ולא יומים *neque duos dies*.

Gen. 27. 36. *Juſte vocatum eſt nomen ejus Jacob; ſupplantavit enim me* זה פעמים *en vicibus*, id eſt, *en altera vice*. Similiter Gen. 43. 9. & Num. 20. 11.

Exod. 16. 29. יהוה נתן לכם ביום הששי לחם יומים *Dominus dans vobis die ſexto*

panem dierum, id est, *duorum dierum*, seu *pro duobus diebus*.

Amos 4. *6.* על מכרם אביון בעבור נעלים *Pro vendere eos pauperem propter calceos*, id est, *pro pari calceorum*.

Gen. 45. 22. Joseph dat unicuique fratrum suorum שמלות חלפות *mutatorias vestes*, id est, *vestem duplicem*; fratri vero uterino suo Benjamin, *quinque vestes*.

Sufficienter ergo tradit nova Methodus, quandonam pluralia hujuscemodi dualium vice fungantur. Atque hæc paulo fusius dicta sunt, ut obviam eatur objectioni, qua in novam Methodum insilient procul dubio plures, eo quod prima fronte satis non appareat, quo indicio, punctis repudiatis, dualia possint a pluralibus secerni.

V I.

De Casibus.

Nomina Hebraica proprie loquendo sunt indeclinabilia.

Quo ergo in casu accipienda sint, & efferenda, non terminatione dignoscitur, ut apud Latinos & Græcos, sed

Primo & præcipue constructione, & loci exigentia, id est, congruo orationis sensu, ut agnoscit ipse Guarinus, pag. *69*.

Secundo Præpositionibus quibusdam, seu

litteris præpositionum vices gerentibus, quæ ipsis a fronte adjiciuntur, ut videre est in subjecta tabula.

Nominativus,	מלך	*Rex*.
Genitivus,	המלך	*Regis*.
Dativus,	למלך	*Regi*.
Accusativus,	את מלך	*Regem*.
Vocativus,	המלך	*o Rex*.
Ablativus,	ממלך	*a Rege*.

Dictum est agnosci præcipue constructione, & loci exigentia, quo in casu sint nomina Hebraica.

Nam primo Nomina illa sæpissime sunt in casibus obliquis, & in omnibus casibus obliquis esse possunt, licet omni littera aut particula casus designante careant.

Secundo Litteræ, & particulæ istæ, quibus quosdam casus designari diximus, sæpissime inserviunt ad alios casus designandos.

Articulus enim ה, quem pro genitivi nota tradunt communiter Grammatici, non solum genitivo, sed & cæteris omnibus casibus jungitur, nullo excepto, & præcipue vocativo; quo in casu vocatur ה *exclamationis*, & idem significat ac O. האזינו השמים Deut. 32. 1. *Audite, o Cœli*.

Littera vero ל, quæ abbreviatio est præpositionum אל, על aut למען, communiter quidem dativum denotat, non raro geni-

tivum; quod non mirum, cum inter genitivum & dativum ſit affinitas quædam naturalis: verum jungitur inſuper, nec raro, accuſativo, ablativo, imo & nominativo. Exempla proferentur in Syntaxi.

Particula ſeu præpoſitio את vel אות non tantum accuſativo jungitur, ſed etiam dativo, ablativo, & nominativo, ut alibi videbitur.

Denique littera מ quæ eſt ipſamet præpoſitio מן abbreviata, ut plurimum ablativo jungitur; rariſſime aliis caſibus.

VII.

De ſtatu abſoluto, & regiminis nominum Hebraicorum.

NOMEN dicitur à Grammaticis Hebraicis eſſe *in ſtatu abſoluto*, cum poſt ſe non regit genitivum, aut alium caſum obliquum. *In regimine* vero ſeu *in conſtructione*, cum poſt ſe genitivum, aut alium caſum obliquum regit.

Nomina, quæ ſunt in ſtatu abſoluto, communiter nullam in litteris ſuis mutationem patiuntur. מלכים צדקים *Reges juſti.* תורה אבדת *Lex periit.*

Quæ vero ſunt in ſtatu regiminis, aut aliquam ex ſuis litteris deperdunt, aut illam mutant in aliam. Verum id non

omnibus, ſed aliquibus tantum contingit; quod regulis ſequentibus planum fiet.

Prima. Nomina maſculina ſingularia nullam mutationem patiuntur in regimine. מלך ארץ *Rex terræ*. Pluralia vero ם finale abjiciunt. מלכי ארץ *Reges terræ*, non מלכים ארץ.

Participiorum idem eſto judicium. פעל און *operans iniquitatem*. פעלי און *operantes iniquitatem*, non פעלים און.

Secunda. Nomina fœminina ſingularia in ה illud ה in regimine mutant in ת. תורה *Lex*. תורת יהוה *Lex Domini*. Cætera vero, ut & pluralia, nihil immutant. מלכות שמים *Regnorum cœlorum*. בנות ירושלם *Filiæ Jeruſalem*.

Verum obſervandum eſt ab iſtis duabus regulis interdum recedi. Sæpe enim in nominibus mutationem ob regimen patientibus, ſtatus abſolutus, ut ajunt, ponitur pro ſtatu regiminis; id eſt, nulla fit in iis nominibus, etiam genitivum, aut alium caſum obliquum poſt ſe regentibus, immutatio. Legitur אמרים אמת Prov. 22. 21. *verba veritatis*, tametſi juxta regulam modo traditam legendum eſſet אמרי אמת. Item איפה שערים Ruth. 2. 17. *epha hordei*, genus quoddam menſuræ, licet legendum eſſet איפת שערים. מחלה לב Prov. 13. 12. *ægritudo cordis*, pro מחלת לב.

מים לחץ 1. Reg. 22. 27. *aqua oppreſſionis*. אלהים צבאות Pſal. 80. 5. *Deus exercituum*. טורים אבן Exod. 28. 17. *ordines lapidum*. אדירים עם Jud. 5. 13. *magnifici populi*. אנשים בקשת 1. Sam. 31. 3. *viri arcus*, ſeu ſagittarii, &c.

E contrario ſtatus regiminis ſæpe ponitur pro ſtatu abſoluto: id eſt, nomina in ſtatu abſoluto interdum eodem modo immutantur, ac ſi eſſent in ſtatu regiminis. נטעי נעמנים Iſa. 17. 10. *plantationes amœnæ*, נטעי pro נטעים, עגלת שלשיה Iſa. 15. 5. *vitula triennis*, עגלת pro עגלה. בשנת התשיעית 2. Reg. 25. 1. *in anno nono*, שנת pro שנה. מי המרים Num. 18. *aquæ amaræ*. חלוני שקפים 1. Reg. 6. 4. *feneſtræ proſpicientes*. ביד כל נביאי 2. Reg. 17. 13. *per manus omnium Prophetarum*. מזוזת רבעה Ezech. 41. 21. *poſtis quadratus*. מלאכי רעים Pſal. 78. 49. *Angeli mali*, &c.

Advertendum eſt primo mutationem, quæ contingit ob ſtatum regiminis, fieri in nomine regente, non in eo, quod regitur, contra aliarum linguarum morem. Secundo: Exceptiones allatas nihil prorſus difficultatis afferre explicantibus.

VIII.

De variis Nominum Hebraicorum formis ac speciebus.

PLURIMÆ sunt nominum Hebraicorum species.

I. Alia sunt propria, ut אברהם *Abraham*; alia appellativa, ut אב *Pater*.

II. Alia substantiva sunt, ut בית *domus*, יד *manus*, ראש *caput*; alia adjectiva.

Adjectiva vocantur ea omnia, quæ moventur de masculino in fœmininum; per adjectionem litteræ ה. טוב *bonus*: טובה *bona*. מלך *Rex*, מלכה *Regina*. איש *vir*, אישה *fœmina*. נביא *propheta*, נביאה *Prophetissa*, &c.

Hinc patet apud Hebræos multa pro adjectivis haberi, quæ apud nos solummodo substantiva sunt.

Jam notatum est, in nominibus fœmininis litteram formativam ה sæpissime mutari in ת; quod contingit præsertim in fœmininis formatis a masculinis in י. עברי *Hebræus*, עבריה & עברית *Hebræa*: יהודי *Judæus*, יהודית *Judæa*, &c.

Comparativa, & superlativa proprie loquendo Hebræi non habent, seu potius gradus istos a positivis non distinguunt terminatione, uti fit apud Græcos & Latinos, sed circumlocutione utuntur,

illosque exprimunt particulis quibusdam positivo superadditis, eo fere modo, quo fit apud nos, aut etiam apud Latinos, in adjectivis, quæ istis gradibus carent.

Comparativi ergo particula est מן *præ*, seu illius diminutivum מ. טובה חכמה מפנינים Prov. 8. 11. *bona sapientia præ gemmis*; id est, *sapientia melior est quam gemmæ*.

Particula superlativi est adverbium מאד *valde*. והנה טוב מאד Gen. 1. 31. *Et ecce bonum valde*, id est, *optimum*.

Comparativa, & superlativa exprimunt pluribus aliis modis, de quibus commodius agetur in Syntaxi.

III. Nomina Hebraica alia sunt primitiva, alia derivata.

Primitiva dicuntur, quæ non derivantur aliunde; sed ex quibus derivantur alia. אור *lumen*. מות *mors*. Ista nomina a radice Hebraica non differunt.

Est autem radix Hebraica vox primitiva, ex qua aliæ formantur. Ut plurimum tribus litteris constat; raro pluribus, aut paucioribus. In Lexicis majusculis litteris imprimitur.

Nomina derivata sunt ea, quæ a primaria illa voce, seu radice descendunt. מאור *luminare*, ab אור *lumen*. תמותה *occisio*, a מות *mors*.

IV. Alia perfecta sunt, alia imperfecta.

Perfecta sunt ea, quæ omnes radicis suæ litteras conservant, sive eas solas habeant, ut אזן *auris*, דבר *verbum*; sive alias superaddant, ut קטורת *incensum*, a קטר *adolere*. תפארת *ornamentum*, a פאר *ornare*, &c.

Imperfecta seu defectiva sunt ea, in quibus una, aut altera radicis littera supprimitur, ut תורה *lex*, ab ירה *docere*. מטע *planta*, a נטע *plantare*. מתת *donum*, a נתן *dare*.

V. Alia simplicia sunt, ut מלך *Rex*, צדק *justus*: alia composita, ut מלכיצדק *Melchisedech*. עמנואל *Emmanuel*, &c.

Nomina composita ut plurimum propria sunt. Reperiuntur tamen & appellativa quædam, ut צלמות *umbra mortis*, a צל *umbra*, & מות *mors*. בליעל *impius*, *rebellis*, ab על *jugum*, & בלי *fine*, quasi *fine jugo*, &c.

VI. Denique sunt apud Hebræos nomina numeralia, tam Cardinalia, quam Ordinalia, quæ quia frequenter occurrunt, possuntque incipientibus molestiam creare, non inutile erit hic subjicere.

Numeri Cardinales.

Fœminini.	Masculini.
אחת Una.	אחד Unus.
שתים Duæ.	שנים Duo.

Fœminini.	Masculini.	
שלש	שלשה	Tres.
ארבע	ארבעה	Quatuor.
חמש	חמשה	Quinque.
שש	ששה	Sex.
שבע	שבעה	Septem.
שמנה	שמנה	Octo.
תשע	תשעה	Novem.
עשר	עשרה	Decem.
אחת עשרה vel	אחד עשר	vel
עשתי עשרה Undecim.	עשתי עשר	Undecim.
שתים עשרה	שנים עשר	Duodecim.
שלש עשרה	שלשה עשר	Tredecim.
ארבע עשרה	ארבעה עשר	Quatuordecim.
חמש עשרה	חמשה עשר	Quindecim.
שש עשרה	ששה עשר	Sexdecim.
שבע עשרה	שבעה עשר	Septendecim.
שמנה עשרה	שמנה עשר	Octodecim.
תשע עשרה	תשעה עשר	Novemdecim

Communis generis.

עשרים	Viginti.
שלשים	Triginta.
ארבעים	Quadraginta.
חמשים	Quinquaginta.
ששים	Sexaginta.
שבעים	Septuaginta.
שמנים	Octoginta.
תשעים	Nonaginta.

Plur. מאות Sing. מאה	Centum.
מאתים	Ducenta.
שלש מאות	Trecenta.
ארבע מאות	Quadringenta.

Et ſic deinceps.

אלף	Mille.
אלפים vel שנים אלף	Duo millia.
שלשה אלף	Tria millia.
ארבעה אלף	Quatuor millia.

Et ſic deinceps.

עשרה אלף	Decem millia ſeu Myrias.
עשרים אלף	Viginti millia.
שלשים אלף	Triginti millia.
מאה אלף	Centum millia.
מאתים אלפים	Ducenta millia.
אלף אלפים	Millia millium.

Exprimuntur Myriades & hoc modo.

רבבה, רבוא, רבו	Decem millia ſeu Myrias.
רבותים	Duæ myriades.
רבבות	Plures myriades.
שלש רבו	Tres myriades.
ארבע רבו	Quatuor myriades.
עשרה רבו	Decem myriades.
עשרים רבו	Viginti myriades.
מאה רבבה	Centum myriades.
רבא רבאות	Myrias myriadum.

Hac tabula patet primo nomina numeralia Cardinalia ab uno ad decem duplicis eſſe

generis. Secundo. A tribus ad decem, maſculina terminationem habere fœmininam, fœminina vero maſculinam. Tertio. Ea nomina a viginti in infinitum communis eſſe generis.

Numeri Ordinales.

Fœminini.	Maſculini.	
ראשונה	ראשון	Primus.
שנית vel שניה	שני	Secundus.
Et ſic de ſequentibus.		
שלישית	שלישי	Tertius.
רביעית	רביעי	Quartus.
חמישית	חמישי	Quintus.
ששית	ששי	Sextus.
שביעית	שביעי	Septimus.
שמינית	שמיני	Octavus.
תשעית	תשעי	Nonus.
עשרית	עשרי	Decimus.

Ultra decimum non eſt ordinalis numerus apud Hebræos, ſed ejus loco deinceps uſurpatur numerus cardinalis.

אחד עשר	Undecim, & undecimus.
עשרים	Viginti, & vigeſimus.
שלשים	Triginta, & trigeſimus.
מאה	Centum, & centeſimus.
אלף	Mille, & milleſimus.
	Et ſic deinceps.

In Syntaxi plura annotabuntur circa nomina numeralia.

Ex dictis hucusque de Nomine colliget Lector, hanc Grammaticæ partem, quæ in Massorethica Methodo satis ampla est ob punctationis varietatem, tantæ brevitatis esse in nova, ut uno alterove die absolvi memoriaque teneri facile possit: saltem quantum ad explicationem inchoandam sufficit.

CAPUT TERTIUM.

De Pronomine.

QUINTUPLEX Hebræis pronomen est; *Primitivum*, *Derivativum*, seu *Possessivum*, *Demonstrativum*, *Relativum*, & *Interrogativum*.

I.

De Pronomine Primitivo.

PRONOMEN primitivum pro tribus personis sic inflectitur.

Prima Perſona generis communis.

אני , אנכי	Ego.
לי	mei.
לי	mihi.
אותי	me.
ממני	a me.
אנו , אנחנו , נחנו	Nos.
לנו	noſtrum.
לנו	nobis.
אותנו	nos.
ממנו	a nobis.

Secunda Perſona.

	Fœminina.	Maſculina.	
	את אתי	אתה את אתי	Tu.
& ſic de ſe-	לך לכי	לך לכה	tui.
quentibus.	לך	לך	tibi.
	אותך	אותך	te.
	ממך	ממך	a te.
	אתן אתנה	אתם	Vos.
& ſic de ſe-	לכן לכנה	לכם	veſtrum.
quentibus.	לכן	לכם	vobis.
	אותכן	אותכם	vos.
	ממכן מכן	ממכם מכם	a vobis.

Tertia Perſona.

	Fœminina.		Maſculina.
היא	Illa,	הוא	Ille,
לה		לו	illius.
לה		raro לו,למו	illi.
אותה	illam.	אותו	illum.
ממנה	ab illa.	ממנו מנהו	ab illo.
et ſic de ſe- הן הנה	Illæ.	הם המה	Illi.
quentibus. להן	illarum.	להם	illorum.
להן		להם למו	illis.
אותן	illas,	אותם	illos.
מהן		מהם	ab illis.

Pronominis primitivi pro tribus perſonis olus nominativus integer eſt, ac ſeparatus: Reliqui caſus componuntur ex articulis, & aliis quibuſdam litteris, vel ſyllabis, ut videre eſt in tabulis præmiſſis.

Circa pronomen tertiæ perſonæ, notandum היא poni interdum pro הוא, & vice verſa הוא pro היא,

I I.

De Pronomine Derivativo ſeu Poſſeſſivo.

NON habent Hebræi pronomina poſſeſſiva integra, & ſeparata more Latinorum, *meus*, *tuus*, *ſuus*, &c. ſed ea ex-

exprimunt mira cum brevitate, per ultimas litteras aut ſyllabas pronominum primitivorum, prout in eorumdem pronominum primitivorum caſibus obliquis fieri modo vidimus.

Ea pronomina dicuntur *derivativa*, quia a primitivis derivantur.

Dicuntur etiam *affixa*, quia dictionum fini affiguntur.

Majoris claritatis cauſa exhibebimus primum ea pronomina ſeparata, deinde nominibus conjuncta.

Affixa ſeparata.

י Meus, mea, mei, meæ.
נו Noſter, noſtra, noſtri, noſtræ.
ך כה כי Tuus, tua, tui, tuæ.
כם Veſter, &c. cum ſermo dirigitur ad perſonas maſculini generis.
כן כנה Veſter, &c. cum ſermo dirigitur ad perſonas fœminini generis.
ו הו Illius, cum ſermo eſt de perſona maſculini generis.
ה Illius, cum ſermo eſt de perſona fœminini generis.
ם הם,המה,מו Illorum.
ן ,הן,הנה Illarum.

Affixa conjuncta nomini singulari masculino.

ספרי	Liber meus.
ספרנו	Liber noster.
ספרך	Liber tuus.
ספרכם	Liber vester m.
ספרכן	Liber vester f.
ספרו	Liber ejus m.
ספרה	Liber ejus f.
ספרם	Liber eorum.
ספרן	Liber earum.

Eodem prorsus modo affixa conjunguntur nomini singulari fœminino, תורתי *Lex mea*, תורתך *Lex tua*, &c.

Cum vero nominibus pluralibus conjunguntur, communiter assumunt ante se vocalem י, ut patet in sequentibus tabulis: Incipimus a fœmininis.

Affixa conjuncta nomini plurali fœminino.

תורותי	Leges meæ.
תורותינו	Leges nostræ.
תורותיך	Leges tuæ.
תורותיכם	Leges vestræ m.
תורותיכן	Leges vestræ f.
תורותיו	Leges ejus m.
תורותיה	Leges ejus f.
תורותיהם	Leges eorum.
תורותיהן	Leges earum.

Eodem modo affixa coniunguntur nominibus pluralibus masculinis. Verum quidem est juxta regulam modo traditam dicendum fore ספריינו *libri nostri*, ספרייכם *libri vestri*, ספרייהם *libri eorum*. At duplex illud Iod in unum coalescit.

Affixa conjuncta nomini plurali masculino.

ספרי	Libri mei.
ספרינו	Libri nostri.
ספריך	Libri tui.
ספריכם	Libri vestri m.
ספריכן	Libri vestri f.
ספריו	Libri ejus m.
ספריה	Libri ejus f.
ספריהם	Libri eorum.
ספריהן	Libri earum.

Notandum primo tria nomina אב *pater* אח *frater*, חם *socer*, cum affixis conjuncta, asciscere י ante affixa. אבינו *pater noster*, אחיהם *frater illorum*, חמיך *socer tuus*.

Secundo nomen פה *os*, *oris*, cum affixis mutare ה in י. פיו *os ejus*.

Tertio affixa pluralia non raro jungi nominibus singularibus, ut דבריך 1. Reg. 8. 26. & Jud. 13. 17. pro דברך *verbum tuum*. חמשתיו Levit. 5. 24. pro חמשתו *Quinta ejus*. פרשיו 2. Reg. 2. 12. *Eques* seu *Auriga ejus*. Nec non & infinitivis. בבנותיך Ezech.

16. 31. *In ædificare te*. Et viciſſim affixa ſingularia interdum jungi nominibus pluralibus. אבותם Exod. 4. 5. pro אבותיהם *patres eorum*. נפשותם Num. 17. 3. pro נפשותיהם *animæ eorum*. מכותך Deut. 28. 59. pro מכותיך *percuſſiones tuæ*. אחיותך pro אחיותיך Ezech. 16. 52. *ſorores tuæ*. צורתו Ezech. 43. 11. pro צורתיו *figuras ejus*. קול מלאככה Nah. 2. 14. pro קול מלאכיכה *vox nunciorum tuorum*, &c.

III.

De Pronomine demonſtrativo.

PRONOMEN demonſtrativum eſt
זה, זו, זות Hic & hæc com. gen.
זאת Hæc.

Littera ה voci alicui præfixa reſpondet ſæpe articulo Græcorum ὁ, ἡ, τὸ, & gerit vices pronominis demonſtrativi.

Ex illa littera ה & præcedenti pronomine זה, cum interpoſitione litteræ ל formatur & ſequens pronomen ejuſdem ſignificationis.

הלזה, הלזו, הלז com. gen.

Plurale pronominis demonſtrativi.

אלה אל Hi & hæ, com. gen.

Caſus ſuos format pronomen iſtud, mediantibus articulis, de quibus ſupra.

זה	Hic & hæc.
לזה	Hujus.
לזה	Huic.
את זה	Hunc, hanc.
מזה	ab Hoc, ab hac.
אלה	Hi, & illæ.
לאלה	Horum, harum.
לאלה	his.
את אלה	Hos, has.
מאלה	ab His.

I V.

De Pronomine relativo.

PRONOMEN relativum eſt אשר, quod omnibus generibus, caſibus, ac numeris inſervit, ſignificans pro varia locorum exigentia, *qui*, *quæ*, *quod*, *cujus*, *cui*, *quem*, *quorum*, *quos*, &c.

Interdum articulis jungitur, ut & præcedentia pronomina, quibuſcum varios caſus format.

אשר	Qui, quæ.
לאשר	Cujus, quorum, quarum.
לאשר	Cui, quibus.
את אשר	Quem, quam, quos, quas.
מאשר	a Quo, a qua, a quibus.

Sæpe loco אשר uſurpatur illius dimi-

nutivum, & ab illo desumtum ש, præcipue in Ecclesiaste & Cantico Canticorum, dictionique præfigitur, שעלו pro אשר עלו Cant. 4. 2. *qua ascendunt*.

Usurpatur & ה, quod simili modo, ac sensu præfigitur dictionibus כל ההקדיש 1. Par. 26. 38. pro כל אשר הקדיש *omne quod consecravit*. הדרימו Esdr. 8. 25. pro אשר הרימו *quæ obtulerunt*. נפש האכלת Lev. 17. 10. *anima, quæ comederit*. השמר Psal. 146. 6. *qui custodit*. והעליה 1. Sam. 9. 24. *& quod super illam erat*.

Hinc duæ illæ litteræ, seu particulæ ש & ה a Grammaticis *præfixa* dicuntur.

V.

De Pronominibus interrogativis.

PRONOMINA interrogativa sunt מה, מי, *quis, quæ, quod?* cujuslibet numeri, generis, & casus. מי ferme de solo homine interrogat; unde interrogativum personæ vocatur. מה de rebus interrogat, & dicitur interrogativum rei.

Reperitur & מן Exod. 16. 15. & Psal. 21. 8. ubi de manna per admirationem dicitur, מן הוא *Quid hoc?*

Nonnunquam ista pronomina, ut præcedentia, ope articulorum varios formant casus.

למי , למה	Cujus, quorum.
למי , למה	Cui, quibus.
את מי , את מה	Quem, quos, &c.
ממי	a Quo, a quibus, &c.

Non ſemper interrogativa ſunt, ut obſervant Grammatici, ſed interdum ſimpliciter demonſtrativa, aut relativa. De מה res certa eſt. דבר מה יראני Num. 23. 3. *Verbum, quod oſtendet mihi Dominus.*

Interdum pro interrogativo מה legitur ſimplex littera מ, juncta voci ſequenti מזה Exod. 4. 2. id eſt, מה זה *Quid hoc in manu tua?* מלכם Iſa. 3. 15. id eſt, מה לכם *Quid vobis?* מהם עשים Ezech. 8. 6. id eſt, מה הם עשים *Quid illi facientes?*

Littera ה non raro ſupplet vices pronominis interrogativi; ſed de hoc uberius in Syntaxi.

V I.

De Pronominibus reciprocis.

PROPRIE loquendo carent Hebræi pronominibus reciprocis, quos Latini per *ſui*, *ſibi*, *ſe*, *ſuus*, *ſua*, *ſuum* exprimunt. Verum ad ea pronomina exprimenda utuntur pronominibus poſſeſſivis, ſeu affixis tertiæ perſonæ. Iſa. 6. 2. dicitur de Seraphim, *duabus alis velabant*

פניו *faciem suam*, ורגליו *& pedes suos*. Gen. 42. 36. *Aperuerunt filii Israel* שקיהם *saccos suos*, *& viderunt* כספיהם *pecuniam suam*.

Antequam ad verba transeatur, notandum ab Hebræis modo sibi peculiari exprimi nomina sequentia, quæ cum pronominibus habent affinitatem. *Aliquis*, איש, *aliqua*, אשה, *aliqui*, אנשים, *omnis*, כל, *nullus*, אין כל, *quilibet*, כל אשר, איש איש. Sed de his iterum in Syntaxi.

CAPUT QUARTUM.

De Verbo in genere.

CIRCA verbum septem consideranda occurrunt; species, genera, numeri, personæ, tempora, modi, conjugationes, & voces.

I

De Variis verborum Hebraicorum speciebus.

VERBORUM Hebraicorum alia vocantur *transitiva*, alia *intransitiva*, alia *communia*.

Transitiva sunt ea, quæ duplicem

vocem, duplicemque significationem habent; activam, & passivam. Ea de causa *trado*, *custodio*, *audio*, transitiva sunt Latinis. Eadem de causa מסר *tradidit*, שמר *custodivit*, שמע *audivit*, transitiva sunt & Hebræis. Duplicem enim habent vocem, duplicemque significationem; activam & passivam.

Intransitiva sunt ea quæ unam tantum vocem habent, unamque significationem, sive activam, sive passivam. Talia sunt apud Latinos *sto*, *juro*, *lætor*, &c. Talia sunt & apud Hebræos עמד *stetit*, נשבע *juravit*, חדה *lætatus est*.

Intransitivorum duæ sunt classes. Pleraque, ut neutra Latina, vocem habent activam, ut עמד *stetit*, &c. Quædam, ut deponentia Latina, passivam, נשבע *juravit*.

Communia sunt ea, quæ sub unica voce duplicem habent significationem, ut *criminor te*, & *criminor abs te* Latinorum. Talia sunt apud Hebræos מלא *implevit*, & *impletus est*; עצב *dolore affecit*, & *dolore affectus est*; חלף *mutavit*, & *mutatus est*; דקק *comminuit*, & *comminutus est*, &c. Aut quæ duplicem quidem vocem habent, activam & passivam, sed unicam significationem, ut *assentio*, & *assentior*; *reverto*, & *revertor*; *populo*, & *populor*; *ferio*, *ferias*, & *ferior*, *feriaris* La-

tinorum. Talia sunt apud Hebræos דבר *loqui*, נדבר *idem*, בכה *fiere*, נבכה *idem*, &c.

His tribus verborum speciebus quinque apud Latinos usitatæ continentur. Transitiva enim sub se activa & passiva complectuntur. Intransitiva vero neutra, & deponentia. Communia utrobique eadem sunt.

I I.

De numeris, personis, ac generibus verborum Hebraicorum.

VERBORUM Hebraicorum duo sunt numeri; *singularis*, & *pluralis*.

Personæ tres. A tertia incipiunt, quod ab ea per litterarum quarumdam additionem formentur reliquæ.

Genera tria, ut in nominibus; *masculinum*, *fœmininum*, & *commune*. Varie enim pro ratione ac genere personarum verba terminantur. Unde per verba facile est cognoscere nominum, a quibus reguntur, genus.

In omnibus temporibus prima persona semper est communis generis, uti & præteriti secunda singularis, & tertia pluralis. Reliquæ peculiari charactere genus suum indicant.

III.

De verborum Hebraicorum modis ac temporibus.

VERBORUM Hebraicorum tres a Grammaticis plerisque distinguuntur modi; *Indicativus*, *Imperativus*, & *Infinitivus*. Duo posteriores temporibus carent. Prioris, id est, Indicativi duo sunt tempora proprie dicta, *Præteritum*, & *Futurum*. Participium quod sub Indicativo collocatur, inter Præteritum, & Futurum intermedium est, ac præsentis temporis plerumque vices gerit. Sub infinitivo quatuor Gerundia comprehenduntur.

Primo loco *Præteritum* statuunt; tum quod præcedat reliqua tempora, tum quod radicem contineat, unde formantur cætera tempora, ac modi. Unicum est, atque ita pro locorum exigentia explicandum, ut nunc designet perfectum, nunc imperfectum, nunc plusquam perfectum; quandoque etiam futurum, maxime si ו conversivum ei præfigatur: interdum etiam & præsens. Perfectum quidem, ברא אלהים Gen. 1. *Creavit Deus*. Imperfectum, והארץ היתה Gen. 1. 2. *Et terra erat*. Plusquam perfectum, Gen. 14. 4. *Duodecim annis* עבדו *servierant Chodor-*

lahomor. Futurum cum ו converſivo, ודבק Gen. 2. 24. *Et adhærebit*. Idem Futurum abſque ו converſivo, את קשתי נתתי בענן Gen. 9. 13. *Arcum meum ponam in nube*. Præſens, Pſal. 1. 1. *Beatus vir qui non* הלך *ambulat*, &c.

Nec Indicativum ſolum exprimit, ſed & Optativum, & Subjunctivum, præſertim ſi præceſſerit aliqua ex his particulis לו, לוא, אהלי *utinam*, מי יתן *quis dabit*, *utinam*; כי *quamvis*, אם *ſi*, בעבור *ut*, & ſimilibus. לו עמי שמע לי Pſal. 81. 14. *Utinam populus meus audiret*, vel *audiſſet me*. לו חכמו Deut. 32. 29. *Utinam ſaperent*. לוא קרעת Iſa. 64. 1. *Utinam dirumperes cælos*. מי יתן מתנו Exod. 16. 3. *Quis dabit id eſt*, *utinam mortui eſſemus*. כי אם ברכתני Gen. 32. 26. *Niſi benedixeris mihi*. ואלו לעבדים נמכרנו Eſth. 7. 4. *Et ſi in ſervos venditi fuiſſemus*. Iterum in Syntaxi.

Sequitur *Participium*, quod duplex eſt; *Activum*, & *Paſſivum*.

Participium activum vocant *Benoni*, id eſt, *intermedium*; quia per illud ſæpe exprimunt tempus præſens, quo carent, quodque inter præteritum, & futurum intermedium eſt: tuncque ſolent ei pronomen præponere. אני מוסר *Ego tradens*, id eſt, *trado*. Non nunquam participium illud pro præterito imperfecto, imo & pro perfecto uſurpant.

Participium passivum ab antiquo paradigmate, de quo postea, vocant *Paoul*, id est, *factus*: perinde ac si Grammatici Latini, qui uti solent paradigmate *amo*, participium istud appellarent *amatus*. Respondet proprie participio passivo præsenti Græcorum. Latine redditur per participium præteriti temporis. מסור *traditus*.

Participia sequitur futurum, quod vocant עתיד *paratum*. Non tantum futurum designat, sed & præteritum, maxime si ei præfigatur ו conversivum, de quo alibi: nonnunquam imperfectum, aut etiam præsens: modo imperativum, modo optativum, aut subjunctivum juxta locorum exigentiam. ויאמר Gen. 1. 3. *Et dixit* בשתים יכסה פניו Isa. 6. 2. *Duabus velabat facies suas*. נפש כי יחטא Levit. 5. 1. *Anima cum peccaverit*. לו ישכילו Deut. 32. 29. *Utinam intelligerent*. אם יהוה לא יבנה Psal. 127. 1. *Si Dominus non ædificet*. אחלי יכוננו Psal. 119. 5. *Utinam dirigantur*. בעבור תברכך נפשי Gen. 27. 4. *Ut benedicat tibi anima mea*. בעבור תשבו Gen. 46. 34. *Ut habitetis*. למען יארכון ימיך Exod. 20. 12. *Ut prolongentur dies tui*. לבלתי תחטאו Exod. 20. 20. *Ut non peccetis*. אשר ייטב לך Deut. 4. 40. *Ut bene sit tibi*. אם תהיו כמנו Gen. 34. 15. *Si fueritis ut nos*. Etiam sine ulla particula. יאבד יום Job 3. 3. *Peribit*, id est,

pereat dies. ישקני Cant. 1. 2. *Osculabitur*, id eſt, *oſculetur me*.

Imperativus, quem Grammatici quidam *futurum primum*, aut *futurum imperans* vocant, conſtat ſola ſecunda perſona utriuſque generis, ac numeri. Tertiam modi hujus perſonam, tam ſingularem, quam pluralem, & primam pluralem, exprimunt Hebræi per eaſdem perſonas futuri. יהי אור Gen. 1. 3. *Fiat lux*. יקוו Gen. 1. 9. *Congregentur*. נעשה אדם Gen. 1. 26. *Faciamus hominem*. Viciſſim imperativus ſæpe vim habet futuri, & pro futuro ponitur. וחיה Gen. 20. 7. *Et vive*, id eſt, *& vives*. Interdum optativi. צלח Pſal. 45. 5. *Proſperare*, id eſt, *utinam proſpere agas*.

Infinitivus omnium eſt temporum. Sub eo comprehenduntur Gerundia quatuor, quæ his quatuor præpoſitionibus ל, כ, ב, מ formantur, prout infra exponetur.

I V.

De Hebraicorum verborum vocibus & conjugationibus.

HUcusque ſeptem aut etiam octo numeratæ ſunt Hebraicorum verborum conjugationes, quæ denominationem acceperunt ab antiquo paradigmate פָּעַל, *operatus eſt*, quo utebantur veteres Gram-

matici Hebraici, sicut Græci utuntur paradigmate *τύπτω*. Igitur prima conjugatio, quæ activa est, ab ipsis dicta fuit *Paal*, & frequentius *kal*, קל, id est, *levis*, & *expedita*, quoniam initio præteriti nulla littera addititia oneratur. Secunda, quæ est passiva, nominata fuit *Niphal*. Tertia *Piel*. Quarta *Pual*. Quinta *Poel*. Sexta *Hiphil*. Septima *Hophal*. Octava *Hithpael*. Nihil vetat, quominus receptæ hujusmodi conjugationum appellationes sine pronuntiationis nostræ detrimento retineantur. Verum, cum ex iis octo conjugationibus tres occurrant, nempe *Piel*, *Pual*, & *Poel*, a conjugatione *Paal* seu *Kal* solis discrepantes punctis, quæ repudiamus, restat, ut in nova Methodo quinque tantum numerentur.

Quinque illæ, accurate loquendo, ad tres essent reducendæ.

Prima duplici voce constans activa, & passiva, *Kal*, & *Niphal*, simplex merito diceretur, quia in ea conjugandi forma verba retinent simplicem, & communem suam significationem. מסר *tradidit*, נמסר *traditus est*. שמר *custodivit*, נשמר *custoditus est*.

Secunda *composita*, & si ita loqui liceret, *factiva* dici posset, quia in ea conjugandi forma verba acquirunt novum quemdam significationis, & efficientiæ

gradum. מסר *tradidit*, *Kal* המסיר *tradere fecit*. *Hiphil*. למד *didicit*, הלמיד *discere fecit*, seu *docuit*, &c. Duplici voce similiter constat, activa, & passiva, id est, *Hiphil*, & *Hophal*. חמסיר *tradere fecit*, חמסר *tradi fecit*, vel *tradi factus est*. הלמיד *docuit*, הלמד *edoctus est*.

Tertia, quæ unica voce constat, *reflexa* aut *reciproca* dici posset, quia verba in ea conjugatione significant, ut plurimum, actionem ejus, qui in seipsum agit, seu actionem agentis in seipsum reflexam. מסר *tradidit*. התמסר *tradidit seipsum*.

Verum, cum brevitati non magis consulatur, tres tantum conjugationes novo more, quam quinque numerando; ex octo vulgaribus conjugationibus hæ quinque retinebuntur. *Kal*, *Niphal*, *Hiphil*, *Hophal*, *Hithpael*,

Objiciunt Massoretharum asseclæ male a nobis repudiari conjugationes *Piel*, *Pual*, & *Poel*. Nam, præterquam quod in Grammaticis omnibus locum habent, ratio docet eas reipsa esse recipiendas. Verba enim Hebraica multas sæpe, easque valde diversas habent significationes. Necesse ergo est pro istarum significationum varietate, varie ea pronuntiari, conjugarique. Id porro præstatur per conjugationes *Piel*, *Pual*, & *Poel*.

Respondemus non consuetudinem hic, mul-

multitudinemque Auctorum spectandam esse, sed veritatem. Consuetudo enim sine veritáte nihil aliud, quam *vetustas erroris* est, errantiumque numero male defenditur.

Quanquam si necessarium foret testimoniis, Auctoribusque agere, non deessent; quibus se sententia nostra tueretur. Unum hic appellare satis erit, quem certo scimus a peritis omnibus plurimorum loco ducendum. Ludovicum Cappellum dicimus, qui abrogandas conjugationes, de quibus agitur, jamdudum censuit, libro scilicet sexto sacræ Criticæ cap. 11.

Verum cum non auctoritate, sed ratione res gerenda sit, in adversariorum ratiocinationem advertamus.

Verba Hebraica, inquiunt, multas sæpe, easque valde diversas habent significationes. Ergo necesse est pro ratione variarum istarum significationum, ea diversimode pronuntiari, ac conjugari.

En præcipuum, & fortasse unicum adversariorum fundamentum: at quassum & ruinosum. Si enim valeret hujusmodi ratiocinatio, valeret profecto & ista. Verba Latina *deficio*, *lego*, *sapio*, *condo*, *torreo*, *admitto*, *pendo*, *æstimo*, *gratulor*, &c. multas, valdeque diversas habent significationes. Ergo necesse est ea pro

iſtarum ſignificationum varietate, varie conjugari. Idem de Græcorum, imo de cujuſvis linguæ ſive mortuæ, ſive viventis verbis dici poſſet.

Sed paulo latius, & per partes exponenda eſt adverſariorum ratiocinatio, ut quæ ſit vis illius ac efficacia clarius manifeſtetur.

Ajunt ergo primo verba, quæ in *Kal* neutra erant, activa fieri in *Piel*.

Sed quid inde? Si quis enim Hebraica Dictionaria evolvat, is profecto magnum verborum numerum reperiet, quæ in *Kal* activa ſunt ſimul & neutra, ſive, ut eorum lingua loquamur, *tranſitiva* ſimul & *intranſitiva*. In exemplum afferri poſſunt verba ſequentia, de quibus ſic loquitur Hebraizantium omnium tritiſſimus Buxtorfius: בער *arſit, exarſit; & interdum tranſitive, accendit, exuſſit.* גלה *revelavit, retexit, & intranſitive, revelare ſe, retegere ſe.* יצק *fudit, effudit: quandoque intranſitive, effundi, effluere.* מוש *receſſit, diſceſſit: & tranſitive, amovit.* נחת *deſcendit, & tranſitive, demiſit.* נטה *declinavit, & active, inclinavit, extendit.* נטש *dimiſit, deſeruit; & quandoque intranſitive,* extendit *ſe, diffudit ſe.* שוב *reverti, redire, recedere; ſæpe etiam tranſitivum eſt, reſtituit, reduxit.*

Una ergo eſt ex Linguæ Hebraicæ pro-

prietatibus, ut plurima illius verba sub una eademque conjugandi forma, duplicem habeant significationem, sintque neutra simul & activa: quod nec Latinis incognitum est, ut testantur sequentia: *Ardere*, *abstinere*, *assuescere*, *clamare*, *ejulare*, *festinare*, *flere*, *insanire*, *manere*, *morari*, *pascere*, *pergere*, *sonare*, *tardare*, *vertere*, &c. Commune etiam est apud Græcos, ut his verbis testatur Salmasius in Epistola nuncupatoria Commentarii sui de lingua Hellenistica. *Passim Græcis id solemne, ut unum verbum duas habeat significationes agentis in se, absolute, & actionem in alterum transmittentis. Hinc* καθίζειν *sedere est, & aliquem in sede constituere. Sic* βασιλέυειν *pro regnare, & facere ut aliquis regnet, vel Regem constituere. Sexcentis exemplis ac testimoniis id alibi confirmamus.* Imo nec id Gallis insuetum. *Embellir*, *brûler*, *blanchir*, *noircir*, *rompre*, *plier*, *paître*, &c. Guarinus ipse, pag. 132. *Quandoque*, inquit, *significatio Piel a significatione Kal nihil discrepat*. Non ergo ex objectione sequitur admittendam esse conjugationem a conjugatione *Kal*, punctis & pronuntiatione distinctam.

Ajunt secundo verba quædam in *Kal* quidpiam significare, & in *Piel* illius contrarium. Atqui una eademque conjugatio

duobus tam diversis usibus non potest inservire.

Quid vetat? Imo illud ipsum, quod opponitur, non semel contingere concedunt ipsi punctorum Massorethicorum defensores. Quædam enim verba in *Kal*, unum quid, illiusque contrarium pro varia locorum exigentia significant. Audiendus idem Buxtorfius. גמר *perfecit*, *defecit*. יעץ *consilium cepit*, *consilium dedit*, עצב *dolore affecit*, *dolore affectus est*. שבר *vendidit*, *emit*. Et in verbo היה *fuit*, *Niphal* נהיה *fieri*, *effici*. תאוה נהיה *desiderium effectum*, *Prov.* 13. 19. *Et quasi contraria significatione*, *confici*, *quasi defieri dicas*. ושנתו נהיתה *& somnus ejus confectus fuit ipsi*, *id est*, *fractus*, *interruptus*, *seu non factus*. *Dan.* 2. 1. Hujuscemodi verbis adjungenda sunt ea, quæ adversarii ob rationem expositam volunt esse in *Piel*: ut שרש *radicare*, & *eradicare*. ברך *benedicere*, & *maledicere*. תאב *appetere*, & *adversari*. לקח *accipere*, & juxta Pocockium in notis ad portam Mosis, *dare*. Juxta ipsum Buxtorfium lib. 2. Gram. cap. 11. pag. 446. סור est *accedere*, & *discedere*, pro diversa constructione. נשא *adferre*, & *auferre*, & similia alia plurima.

Idipsum contingere in nominibus agnoscunt cum Judæis Criticorum nostrorum doctissimi. *Au Chapitre cinquiéme de*

Michée, v. 2, inquit Richardus Simon, Biblioth. ſelect. to. 1. cap. 5. p. 82. *on lit dans la Vulgate, conformément au texte Hébreu,* parvulus es, *Saint Mathieu, ch. 2. v. 6. cite cette même prophétie en ces termes, qui ſemblent être oppoſez:* Nequaquam minima es. *Nos plus habiles Commentateurs ſe trouvent fort embaraſſez à concilier l' Evangeliſte avec le Prophéte. Pocoke réjout facilement cette grande difficulté, par une petite note Rabbinique, qui paroît bien fondée. Il y a dans le texte Hébreu du Prophéte le mot* צעיר, *qui ſignifie ordinairement* parvus; *mais Rabbi Jannabius a remarqué dans ſon Dictionnaire Hébreu, qui eſt écrit en Arabe, que ce mot Hébreu a deux ſignifications, qui ſont opposées l' une à l' autre; ce qui eſt confirmé par le Rabbin Tanchuma de Jéruſalem, & par le Gloſſaire Hébreu Arabe.*

Quod hic dicimus de variis, ac nonnunquam oppoſitis vocum Hebraicarum ſignificationibus, mirum iis non videbitur, qui ſcient idipſum in Arabum lingua frequentiſſime contingere. Teſtem habemus R. P. Joſephum Beſſon S. J. qui de ea lingua, quæ nunc in Syria & Palæſtina vulgaris eſt, ſermonem habens in ſecunda parte Syriæ ſuæ ſanctæ, p. 264. ſic loquitur, *Ici un mot ſignifie ſouvent des choſes contraires; aimer & haïr, faire la*

guerre & la paix, donner & prendre: de sorte qu'il n'est point d'homme sçavant, quelque habile qu'il soit, qui ose expliquer en public un Livre, sans l'avoir prévû avec étude.

Nec est id Hebræis, Arabibusve peculiare. Eædem enim dictiones tam apud Græcos, quam apud Latinos interdum significata habent prorsus dissimilia, imo & opposita. εἴργω, *includo*. εἴργω, *excludo*. ὄνημι, *juvo*, *vitupero*: unde ὄνητος, *utilis*, *vituperabilis*. τίω, *honoro*, *punio*. πλύνω, *lavo*, *contamino*. κῦδος, *gloria*, *decus*. κύδος, *convicium*, *probrum*; sicut apud Hebræos חסד significat similiter *beneficium* & *probrum*; ἄγος, *veneratio*, *scelus*. φαρμακὸν, *medicamen*, *venenum*. ἀντὶ, *pro* & *contra*. Apud Latinos vero, *tollo*, *deprecor*, *sacer*, *famosus*, *valetudo*, &c. *Præter* etiam significat *outre* & *excepté*. Apud nos vero, *défendre*. Etenim *défendre un Livre*, pro variis circumstantiis significat *en faire l'apologie*, *ou le prohiber*.

Adjiciendum est conjugationem Hithpael non unicam habere significationem. Vulgo quidem significat actionem agentis in seipsum. Sed insuper in illa conjugatione verba interdum illud ipsum significant, quod significant in *Kal*. Non pauca significationem habent vocis *Niphal*,

ſuntque vere paſſiva. Quædam denique quamdam fictionem & ſimulationem important. Hæc omnia fuſius infra exponentur. An ideo triplex, quadruplexve fingenda erit conjugatio Hithpael, quarum unaquæque pronuntiatione diſcernatur ab alia?

Ex eo igitur quod nonnulla verba Hebraica habent ſignificata diverſa & oppoſita, nullatenus ſequitur ea pro diverſarum illarum ſignificationum varietate, diverſimode eſſe pronuntianda & conjuganda.

Aiunt tertio verba in *Piel* novum ſignificationis gradum acquirere, actionemque ſuam fortius exprimere, quam in *Kal*.

At merum iſtud eſt commentum Rabbinorum, noſtræque credulitatis non leve argumentum. Si quæ enim verba ſunt quæ actionem ſuam fortius exprimant, id non contingit, quia ſunt in conjugatione *Piel*, ſed quia id exigunt, & innuunt antecedentia, & conſequentia. Nec aliunde, quam ex iſta locorum exigentia norunt, qui Bibliis non punctatis uſi ſunt olim, nuncque utuntur, hujuſcemodi verba eſſe in *Piel*. Atqui, ut cunctis patet, eadem via poſſumus pariter noſſe verba illa ſumenda eſſe in illa ſpeciali ſignificatione, quæ verbis *Piel* tribui

ſolet; id eſt, actionem ſuam ſpeciali aliquo modo exprimere.

Idem dicendum de verbis *Pual*.

Verba iſta, inquiunt adverſarii, ſignificationis ſunt Paſſivæ. Ergo differt conjugatio *Pual* a conjugatione *Kal*, quæ activa eſt.

At cur tot occurrunt verba, quæ in *Kal* utriuſque ſunt ſignificationis? Conſulamus iterum Buxtorfium. בלל *perfudit & perfuſus eſt*. דקק *comminuit & comminutus eſt*. הפך *mutavit & mutatus eſt* זור *comprimere vel comprimi*. הלף *mutavit & mutatus eſt*. חלש *debilitavit, debilitatus eſt*, חנף *contaminatus eſt, & interdum active, contaminavit*. חרץ *movit, motus fuit*. מלא *compleri, & interdum active, complere*. כוח *aſperſus fuit, vel active, aſperſit*. נקש *illaqueavit vel illaqueatus fuit*. ספה *conſumere vel conſumi*, &c.

Deinde cur ex adverſariorum conceſſis verba *Poel* indifferenter activa ſunt & paſſiva? Nonne quod illis contingit, æquo jure contingere poteſt verbis *Kal*?

Præterea norunt omnes non raro apud Hebræos fieri vocum Enallagen.

Quod ſpectat conjugationem *Poel*, jamdiu eſt, quod Grammatici peritiores illam ad defectiva *Ain ouau* ablegarunt. Reperiuntur quidem verba nonnulla, quæ in præterito inſerunt ו poſt primam litte-

ram radicalem. At iſta inſertio ſæpe fit abſque ulla neceſſitate. Deinde adeo rara ſunt illa verba (exceptis defectivis *Ain ouau*) ut novam & ab aliis diverſam, eorum gratia, conjugationem conſtituere ſupervacaneum videatur.

Colligent Tyrones (qui hujuſce objectionis tractationem in aliud tempus diſferre poterunt non inconſulte) quoties in Lexicis occurrent verba, quæ dicuntur eſſe in *Piel*, *Pual*, aut *Poel*, eodem modo eſſe ſumenda, ac ſi dicerentur ſimpliciter eſſe in *Kal*.

CAPUT QUINTUM.

De Verborum perfectorum Conjugationibus, & primo de Conjugatione Kal.

VERBORUM Hebraicorum alia perfecta ſunt, alia imperfecta. Perfecta dicuntur, quæ in conjugando nullam litteram deperdunt. Quæ aliquam, aut plures deperdunt, ea dicuntur imperfecta. A perfectis, utpote facilioribus, ad imperfecta procedendum.

I.

De Conjugatione Kal.

CONTINET hæc conjugatio verba *transitiva*, *intransitiva*, & *communia*. Transitiva, ut מסר *tradidit*. Intransitiva, ut עמד *stetit*. Communia, ut חלף *mutavit* & *mutatus est*.

Indicativus.

Præteritum.

Gen. fœm.		Gen. Masc.			
מסרה	*Tradidit*.	מסר	3	Perf.	
		מסרת	2		Sing.
		מסרתי	1		
		מסרו	3		
מסרתן		מסרתם	2		Plur.
		מסרנו	1		

Participium *Benoni* seu activum.

מוסרה	*Tradens*.	מוסר	Sing.
מוסרות		מוסרים	Plur.

Participium *Paoul* seu passivum.

מסורה	*Traditus*.	מסור	Sing.
מסורות		מסורים	Plur.

Futurum.

תמסור	*Tradet*, ימסור	3	p.	Sing.
תמסורי	תמסור	2		
	אמסור	1		
תמסורנה	ימסורו	3	p.	Plur.
תמסורנה	תמסורו	2		
	נמסור	1		

Imperativus.

מסורי *Trade*, מסור
מסורנה מסורו

Infinitivus.

מסר & מסור *Tradere*.

Gerundia.

במסור
כמסור
למסור
ממסור

I I.

Observationes circa Præteritum.

I. OMNES præteriti personæ a tertia singulari masculina formantur additione istarum litterarum ת , ה , תי , ו , תם , תן , נו, *He tha thi ou tham*

then nou, quas præteriti *crementa* vocamus. Desumta sunt ista crementa a pronominibus trium personarum, ut inspicienti patebit.

II. Tertia singularis fœminina sæpissime crementum suum ה mutat in ת. מסרת pro מסרה *tradidit illa*. Quo in casu a secunda persona loci constructione distinguitur.

III. Secunda singularis fœminina sæpe terminatur in תי. מסרתי pro מסרת *tradidisti tu fœmina*. Nec mirum. Non enim minus dicitur אתי *tu fœmina*, quam את. Immo ipsa secunda singularis masculina desinit nonnunquam in תי. שלחתי Zach. 9. 11. *dimisisti*. עשיתי Ezech. 16. 31. *fecisti*.

IV. E contrario prima persona singularis interdum desinit in ת. משיתהו Exod. 2. 10. pro משיתיהו *extraxi eum*. ירעת Job. 42. 2. *cognovi*. Rarissime id contingit absque affixis; quod cum fit, Amanuensium linguæ Chaldaicæ assuetorum erratum videtur potius, quam linguæ Hebraicæ idiotismus.

V. Tertia pluralis non raro assumit ן *paragogicum* seu *addititium*. Ista additio litteræ ן frequens est personis omnibus desinentibus in ו.

Nemini mirum videri debet, quod nonnullæ personæ sensu tantummodo,

& adjunctis a se invicem distingui possint. Commune vitium est linguis omnibus. Idipsum insuper admittunt Massoretharum asseclæ. Fatetur expresse ipse D. Guarinus Grammaticæ suæ pag. 321. personas quasdam etiam cum punctis *solo sensu ab aliis distingui*. Non est ergo incommodum illud nostræ Methodo peculiare.

III.

Observationes circa Participium activum seu Benoni.

I. PARTICIPIUM istud, uti & alia omnia, eodem modo flectitur, ac nomina adjectiva, ope crementorum *im e outh*, ים ה ות.

II. A præterito formatur, inserendo ו post primam litteram radicis. מסר, מוסר. Omittitur tamen sæpissime illud ו, tuncque Benoni a Præterito nonnisi loci sensu distinguitur.

III. Cum pronomen participio adjungitur, non amplius per participium reddendum est, sed per tempus præsens, ut in subjecta tabella exprimitur.

היא מוסרה	הוא מוסר	*Tradit.*
את מוסרה	אתה מוסר	*Tradis.*
אני מוסרה	אני מוסר	*Trado.*
הן מוסרות	הם מוסרים	*Tradunt.*
אתן מוסרות	אתם מוסרים	*Traditis.*
אנחנו מוסרות	אנחנו מוסרים	*Tradimus.*

IV. Sæpe participium Benoni accipitur ſubſtantive pro nomine verbali abſque ulla temporis deſignatione. מוסר *Traditor.* שומר *Cuſtos.* שופט *Judex.* רועה *Paſtor* אוהב *Amicus.* Amplius in Syntaxi.

I V.

Obſervationes circa Participium Paſſivum ſive Paoul.

I. Hoc participio carent verba intranſitiva; ut docet vel ipſa rei natura. A verbo *ſto* fit quidem participium *ſtans*, ſed non *ſtatus*. Si quandoque occurrit, nomen eſt verbale.

II. Formatur a præterito, inſerendo ו ante ultimam radicis litteram: מסר *tradidit*; מסור *traditus*. Frequenter tamen omittitur illud ו: quo in caſu a præterito & Benoni ſola loci exigentia diſtinguitur. הרג *interfecit*, *interficiens*, *interfectus*.

III. Sæpe accipitur ſubſtantive pro no-

mine verbali, absque ulla temporis significatione זכור *memor*. שכון *habitator*. ערום *astutus*, &c. Iterum in Syntaxi.

V.

Observationes circa Futurum.

I. FUTURUM à præterito formatur, inserendo ו ante ultimam radicis litteram; quod tamen sæpissime abest.

II. Formantur autem personæ futuri primo ope quatuor istarum litterarum ן, ת, י, א *Aithan*, a fronte positarum, quas idcirco *augmenta* futuri vocamus. Secundo Ope trium istorum crementorum נה, ו, י, quæ, ut jam notatum est, ex pronominibus secundæ & tertiæ personæ desumta sunt, formantque vocabulum יונה *ioune*.

III. Personæ futuri, quæ cremento carent, sæpissime in fine assumunt ה paragogicum. אמסרה *tradam*, pro אמסר.

IV. Quæ vero desinunt in ו, non raro, ut jam dictum est, assumunt ן paragogicum. ימסרון *tradent*, pro ימסרו.

V. Eadem additio fit in personis desinentibus in י. תמסרין *trades tu fœmina*, pro תמסרי. מה תהילין Isa. 45. 10. *Quare parturis*. תתחמקין Isa. 31. 22. *circuibis*. תשתכרין 1. Sam. 1. 14. *ebria eris*.

VI. E contrario, quæ desinunt in נה, id est, secunda, & tertia pluralis fœmi-

ninæ, sæpissime deperdunt illud ה finale; תמסרן pro תמסרנה *tradetis*. תלדן Gen. 30. 39. pro תלדנה *pepererunt*.

VII. Interdum istæ personæ desinentes in נה, desinunt simpliciter in ו. תמסרו pro תמסרנה *tradent fæminæ*.

Idque contingit primo ante affixa. תהשבוני Job. 19. 15. *reputabunt me*. Secundo etiam sine affixis. אם תעירו Cant. 2. 7. *Filiæ Jerusalem, ne excitetis*.

VIII. Jam notatum est futuri quasdam personas, eas præsertim, quibus Imperativus caret, poni loco Imperativi. יהי אור Gen. 1. 3. *Fiat lux*. עוף יעופף ibid. 20. *Volatile volet*.

IX. Reperiuntur tertiæ personæ fœmininæ futuri cum cremento fœmininorum, & masculinorum augmento; id est, quæ terminantur quidem in נה, sed incipiunt per י loco ת. ויחמנה Gen. 30. 38. *& incaluerunt oves* יעמדנה Dan. 8. 22. *stabunt*. וישרנה 1. Sam. 6. 12. *& recta iverunt illæ*. Exempla rarissima, quæ regulam non faciunt, nihilque difficultatis afferunt iis, qui semel moniti sunt. Ortum ea ducere ex Arabibus asserit Buxtorfius in Concordantiis, *verbo* וישרנה.

VI.

V I.

Obſervationes circa Imperativum.

I. IMPERATIVUS a præterito formatur, inſerendo ו ante ultimam radicis litteram, quod tamen abeſt frequentiſſime.

II. Formantur autem perſonæ imperativi ope crementorum נה, ו, י.

III. Perſona ſecunda imperativi ſingularis maſculina, non raro aſſumit ה paragogicum. מסרה *trade*, pro מסר.

IV. Secunda pluralis fœminina interdum abjicit ſuum ה finale. שמען קלי נשי למך Gen. 4. 23. *Audite vocem meam, uxores Lamech.* שמען pro שמענה.

V. *Infinitivus & imperativus ſemper ſimiles ſunt, & ſenſu tantum diſtinguuntur.* Ita D. Guarinus pag. 137. ſuæ Grammaticæ; quod notandum. Loquitur enim de ſimilitudine non tantum quoad characteres, ſeu etiam quoad puncta.

V I I.

Obſervationes circa Infinitivum.

I. FORMATUR infinitivus a præterito ante ultimam radicis litteram inſerendo ו; quod tamen ſæpiſſime abeſt. מסר *tradidit*. מסור *tradere*.

II. Sæpe assumit ה paragogicum. מסרה *tradere*, & illud ה non raro mutatur in ת. קרבת אלהים לי טוב Psal. 73. 28. *Appropinquare Deo mihi bonum.* Maxime cum affixis. בקרבתם Exod. 40. 32. *In appropinquare eos ad altare.*

III. Non raro gerit vices nominis substantivi. אתה ידעת שבתי, וקומי Psal. 1. 9. 2. *Tu cognovisti sedere meum, & surgere meum.* שבתך, וצאתך, ובואך ידעתי Isa. 37. 28. *Sedere tuum, & egredi tuum, & ingredi tuum novi.*

IV. Usurpatur interdum loco Gerundii. כי אכל תאכל *comedendo comedes*. Gen. 2. 16. סקל יסקל Exod. 19. 13. *lapidando lapidabitur.*

VIII.

Observationes circa Gerundia.

GERUNDIA formantur ex infinitivo, præfixa aliqua ex litteris ב, כ, ל, מ, *Becalam*. Pro quarum numero fiunt Hebræis Gerundia quatuor multiplicis usus, & significationis.

ב quæ plerumque significat *in*, format gerundium in *do* במסר *in tradendo*. Quod gerundium sæpius reddendum est per *cum*, *quando*, *dum*, cum subjunctivo: quandoque per *postquam*, *antequam*, *quia*, &c. Interdum per ablativum absolutum. Exempla.

בבוא אליו נתן הנביא Psal. 51. 2. *In venire, in veniendo ad ipsum Nathanem Prophetam. Veniente ad ipsum Nathane Propheta. Cum veniret, cum venisset, cum venit, postquam venit*, &c.

בשענך על מלך ארם 1. Paral. 16. 7. *In inniti te*; id est, *quia innixus es super Regem Aram.*

בבואו מפדן ארם Gen. 33. 18. *In veniendo eum de Padan Aram*; id est, *postquam reversus esset de*, &c.

בהקבץ עמים Psal. 102. 23. *In congregari populos*; id est, *cum congregati fuerint populi.*

בהבראם Gen. 2. 4. *In creari ea*; id est, *dum creata sunt.*

כ Quæ idem est cum כאשר, & sæpius significat *secundum*, format gerundium a præcedenti non multum diversum, illudque reddendum, aut per ablativum absolutum, aut per subjunctivum, præcedente *cum, postquam, antequam*, aut alia aliqua simili conjunctione, juxta locorum exigentiam.

ויהי כהרימי קלי Gen. 39. 18. *Et fuit secundum extollere me vocem meam*; id est, *extollente me vocem meam*, aut *cum extollerem*, vel *cum extulissem.*

כשכב אדוני המלך עם אבותיו 1. Reg. 1. 21. *Secundum occumbere*, id est, *cum occubuerit Dominus meus Rex cum patribus suis*, seu *mortuo Rege*, &c.

כבוא השמש Deut. 24. 13. *Cum occubuerit ſol, occidente ſole, antequam occumbat ſol.*

Non raro confunduntur hæc duo gerundia, tum ob ſignificationis, tum ob litterarum ב & כ affinitatem.

ל quæ utpote diminutivum præpoſitionis אל, in uſu communi ſignificat *ad*, format gerundium in *dum*. למסר *ad tradendum*; quod eſt reddendum per ſubjunctivum, præeunte aliqua ex iſtis conjunctionibus, *ut*, *cum*, *donec*, *uſquedum*, *poſtquam*, &c.

לא יגשו אלי לכהן לי Ezech. 44. 13. *Non accedent ad me ad fungendum Sacerdotio mihi*, id eſt, *ut fungantur Sacerdotio.*

Deut. 10. 12. *Et nunc quid Dominus petit a te*, כי אם ליראה את יהוה *niſi ad timendum*; id eſt, *niſi ut timeas Dominum*.

ויהי השמש לבוא Gen. 15. 12. *Et fuit ſol ad occumbendum*; id eſt, *cum occumberet ſol*.

Vertendum etiam eſt interdum per gerundium in *di*. עת לבכות, ועת לשחוק Eccl. 3. 4. *Tempus flendi*, *&* *tempus ridendi*.

Interdum per gerundium in *dum*, abſque præpoſitione. מה לעשות לך. 2. Reg. 4. 13. *Quid faciendum tibi?*

Nonnunquam etiam per gerundium in *do*, abſque præpoſitione, aut per participium. וידבר יהוה אל משה לאמר *Et locutus eſt Dominus ad Moyſen*, *dicendo*, vel *dicens*.

Interdum ſimpliciter per infinitivum. Jud. 19. 10. *Noluit vir ille* ללון *pernoctare*. 2. Sam. 14. 10. *Non addet ultra* לגעה בך *tangere te*.

Nonnunquam infinitivus, præpoſito ל, ut nomen ſubſtantivum uſurpatur. 2. Par. 16. 13. *Et mortuus eſt anno quadrageſimo primo* למלכו *regni ſui*.

מ quæ diminutivum eſt præpoſitionis מן, & ſolet ſignificare *a*, format gerundium in *do*, cum præpoſitione *a*. ממסר *a tradendo* : idque reddendum ſæpiſſime per ſubjunctivum, præcedente particula *ne*.

וימאסך ממלך 1. Sam. 15: 26. *Et contempſit te a regnando*, id eſt, *ne regnes*.

Nubibus mandabo מהמטיר *a pluendo*, id eſt, *ut non pluant ſuper eam imbrem*. Iſa. 5: 6.

סגר כל בית מבוא Iſa. 24. 10. *Clauſa omnis domus ab intrando*, id eſt, *ne quis ingrediatur*.

טח מראות עיניהם; מהשכיל לבתם Iſa. 44. 18. *Obduxit a videre oculos eorum*; *ab intelligere corda eorum*: id eſt, *obduxit oculos eorum*, *ne videant*; *corda eorum ne intelligant*.

שמר שבת מחללו Isa. 56. 2. *Custodiens Sabbathum a polluendo illud*; id est, *ne polluat illud*.

Videbitur in Syntaxi gerundia activa sæpe significationem habere passivam.

CAPUT SEXTUM.

De Conjugatione Niphal.

I.

Conjugatio Niphal.

CONTINET hæc conjugatio non tantum verba transitiva passiva priori conjugationi *Kal* respondentia, ut מסר *tradidit* נמסר *traditus est*; sed etiam alia quædam sub forma passiva significationem activam habentia, quæ ideo *deponentia* dici possunt. נשבע *juravit*. נלחם *pugnavit* נדבר *locutus est*, &c.

Notant enim hic Grammatici generalem hanc esse regulam, ut verba, quæ in *Kal* non sunt in usu, in quacunque alia usurpentur conjugatione, eamdem significationem habeant, quam haberent in *Kal*.

Notant insuper verba vere activa &

usitata in *Kal*, in hac conjugatione habere nihilominus interdum significationem activam. כי באש יהוה נשפט Isa. *66.6. Quia Dominus in igne judicat.* הנני נשפט אותך Jer. 2. 35. *Ecce ego judicans te.* נשברתי את לבם Ezech.. *6. 9. Contrivi cor eorum.* אז נדברו Malach. 3. *16. Tunc locuti sunt.*

Notant denique conjugationem hanc interdum tribuere verbis significationem reciprocam; ita ut idem significent, ac si essent in conjugatione *Hithpael.* לא נשמר 2. Sam. 20. 10. *non custodivit se, non attendit sibi.* נטמאו Levit. 18.24. *polluerunt se.* לא יטמא Levit. 21. 1. *Non polluet se.* הזכו Isa. 1.16. *mundate vos, mundi estote*, &c.

Indicativus.

Præteritum.

Fœm.	Masc.		
נמסרה	נמסר	3	p. Sing.
	נמסרת	2	
	נמסרתי	1	
	נמסרו	3	Plur.
נמסרתן	נמסרתם	2	
	נוסרנו	1	

Benoni.

נמסרה	נמסר
נמסרות	נמסרים

Futurum.

תמסר	ימסר	3	
תמסרי	תמסר	2	Sing.
	אמסר	1	
תמסרנה	ימסרו	3	
תמסרנה	תמסרו	2	Plur.
	נמסר	1	

Imperativus.

המסרי	המסר
המסרנה	המסרו

Infinitivus.

המסר
בהמסר
כהמסר
להמסר
מהמסר

I I.

Observationes circa Niphal.

I. CONJUGATIO *Niphal*, ut videre est, a conjugatione *Kal* cre-

mentis, id eſt, terminatione non differt, ſed ſolò augmento charaćteriſtico נ.

II. Augmentum iſtud locum habet præcipue in præterito, & participio, nunquam in futuro, niſi forte Ezech. *9.* 8. per Amanuenſis, ut pluribus placet, errorem. ונאשאר pro ואשאר *relictus ſum*.

III. Locum etiam habet in imperativo & Infinitivo, ſed raro. נכסף Gen. 31. 30. *deſiderando*. In iſtis duobus modis littera ה ponitur loco נ.

IV. In hac conjugatione littera ו inſeritur interdum ante ultimam נחתום *ſignatus eſt*. נהפוך *converſus eſt*. נלחום *pugnare*. נשאול *poſcere*. נשלוח *mitti*. נעתור *exorari*, &c.

V. Præteritum, & participium prorſus ſimilia ſunt; facile tamen loci exigentia diſtinguuntur.

VI. Futurum ſimile eſt futuro *Kal*, & ab eo ſola loci exigentia diſtinguitur.

VII. Tria gerundia ל, כ, ב, excludunt nonnunquam litteram ה charaćteriſticam infinitivi. במסר pro בהמסר *cum traderetur*. בעטף Thren. 2. 10. pro בהעטף *cum operiretur*.

CAPUT SEPTIMUM:

De Conjugationibus Hiphil, & Hophal.

I.

De Conjugatione Hiphil.

CONJUGATIONIS *Hiphil* duplex est characteristica, qua a conjugatione *Kal* distinguitur: ה in vocis principio, & י ante ultimam. מסר *tradidit*. המסיר *tradere fecit*. Hiphil.

Verba, quæ in *Kal* activa erant, simplicemque actionem significabant, hic dupliciter activa sunt, duplicemque actionem exprimunt. אכל *comedit*. האכיל *comedere fecit*, *cibavit*. שמע *audivit*. השמיע *audire fecit*. Verba igitur in hac conjugatione non tantum actionem, sed & actionis causam, & auctorem exprimunt.

Verba, quæ in *Kal* neutra erant, & intransitiva, hic activa seu transitiva fiunt: למד *didicit*. הלמיד *discere fecit*, *docuit*. שכב *jacuit*. השכיב *jacere fecit*, *collocavit*. ברח *fugit*. הבריח *fugere fecit*, *fugavit*.

Sunt tamen in hac conjugatione verba, quæ nullum novum significationis gra-

dum acquirunt. שלך *projecit*. השליך *idem*. און *aurem præbuit*, *attendit*. האזין *idem*. נכה *percussit*. הכה Hiphil *idem*. חרש *siluit*. החריש *idem*.

Quædam transitivam simul, & intransitivam significationem habent. השכיל *intellexit*, & *intelligere fecit*. הבאיש *fœtuit*, & *fœtidum reddidit*. הקריב *appropinquavit*, & *appropinquare fecit*. הלבין *albuit*, & *album reddidit*.

Quædam restant intransitiva. השכים *mane surrexit*. האדים *rubuit*. הזקין *senuit*.

Imo, inquit D. Guarinus Grammat. p. 133. *verba quædam in hac conjugatione passive sumuntur*. כל ימי הזירו Num. *6. 6.* *omnibus diebus separari eum*. Non minus congrue forte diceretur infinitivum הזיר eo loci sumi, uti sæpissime fit, pro nomine verbali. *separare*, pro *separatione*, ut sensus sit, *omnibus diebus separationis suæ*.

Lectores nostros non pigeat observare in textu Græco, versioneque Latinà tam veteris, quam novi Testamenti, plurima verba significationem habere verborum *Hiphil*. 2. Cor. 2. 14. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos* θριαμβεύοντι ἡμᾶς *In Christo Jesu*: id est, qui semper nos facit triumphare. Verbum αὐξάνω significat proprie *cresco*. At 1. Cor. 3. 6. significat *facere crescere*, *incrementum dare*. *Ego plantavi*, *Apollo rigavit*, *Deus autem*

incrementum dedit. ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς ηὔξανεν. ἀνατέλλειν proprie *oriri*. Sed Matth. 5. 45. significat *facere oriri*. *Ut ſitis filii Patris veſtri, qui ſolem ſuum* ἀνατέλλει *oriri facit ſuper juſtos*, &c. κατέπαυσεν proprie *requievit*, ut Heb. 4. 10. At eodem Capite, v. 8. ſignificat *fecit requieſcere*, *requiem præſtitit*. *Nam ſi eis Jeſus* κατέπαυσεν *requiem præſtitiſſet*. Rom. 8. 26. *Spiritus poſtulat pro nobis*, id eſt, *poſtulare nos facit gemitibus inenarrabilibus*. Mich. 7. 18. *Deus qui tranſis*, id eſt, tranſire facis, ſeu aufers, *peccatum hæreditatis tuæ*. Pſal. 52. 7. *Emigrabit te*, id eſt, emigrare te faciet, *de tabernaculo tuo*. Matth. 24. 36. *De die autem illa nemo ſcit, niſi ſolus Pater*; id eſt, nullius eſt indicare momenta; quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, &c.

Indicativus.

Præteritum.

Fœm.	Maſc.		
המסירה	המסיר	3	Sing.
	המסרת	2	
	המסרתי	1	
	המסירו	3	Plur.
המסרתן	המסרתם	2	
	המסרנו	1	

Benoni.

ממסירה	ממסיר	Sing.
ממסירות	ממסירים	Plur.

Paoul.

ממסרה	ממסר	Sing.
ממסרות	ממסרים	Plur.

Futurum.

תמסיר	ימסיר	3	
תמסירי	תמסיר	2	Sing.
	אמסיר	1	
תמסירנה	ימסירו	3	
תמסירנה	תמסירו	2	Plur.
	נמסיר	1	

Imperativus.

המסירי	המסיר
המסירנה	המסירו

Infinitivus.

המסיר
בהמסיר
כהמסיר
להמסיר
מהמסיר

I I.

Observationes circa Conjugationem Hiphil.

I. HUJUS conjugationis characteristica י in præterito reperitur solummodo in tertiis personis. Reliquæ ergo a personis *Hophal* sola loci exigentia distinguuntur, ut mox patebit.

II. Interdum abest illud י ab ipsis tertiis personis præteriti. והילל Jerem. 47. 2. *& ejulabit.* והושע Zach. 12. 7. *& servabit.*

III. Participium utrumque מ assumit a capite, loco ה, quod est alterum hujus conjugationis characteristicum. *Benoni* nonnunquam deperdit י, sicque non differt a *Paoul.* מעזר 2. Par. 28. 23. pro מעזיר *adjuvans.*

IV. Characteristicum ה locum non habet in futuro.

V. Interdum characteristicum י ab ipso futuro abest. ולא יבטח אתכם 2. Reg. 18. 30. *& ne sperare faciat vos.* יבטח pro יבטיח אל תשמע Judic. 18. 25. *Ne audire facias.* תשמע pro תשמיע. Hoc in casu futurum *Hiphil* nonnisi loci exigentia distingui potest a futuris *Kal*, *Niphal*, & *Hophal*.

VI. Illud idem י abest interdum ab Imperativo, & Infinitivo. הרחק Job. 13. 21. *procul amove.* האזנה Gen. 4. 23: *Audite.*

השכם Jer. 7. 13. *mane ſurgendo*. השלך Jer. 22. 19. *projiciendo*. Tunc duo illi modi ſola loci exigentia diſtinguuntur ab Imperativis, & Infinitivis *Niphal*, & *Hophal*.

VII. Infinitivus ante gerundia בכלם interdum deperdit ſuum ה charaćteriſticum. לסתיר Iſa. 29. 15. *ad abſcondendum*. לשבית Amos. 8. 4. *ad ceſſare faciendum*. בעשר Nehem. 10. 38. *in decimando*.

VIII. Illud idem ה abeſt quandoque ab Imperativo. שיח Job. 12. 8. *loquere*. שיחו Jud. 5. 10. *loquimini*.

III.

De Conjugatione Hophal.

CONJUGATIO *Hophal* unicam vel duplicem paſſionem ſignificat, pro ratione conjugationis activæ *Hiphil*, cui reſpondet. Unicam, ut השכב *factus eſt jacere*. Duplicem, ut האכל *factus eſt comedi*. Legitur הראית Exod. 26. 30. *Factus es videre*, non videri.

Indicativus.

Præteritum.

Fœm.	Maſc.		
המכרה	המכר	3	
	המכרת	2	Sing.
	המכרתי	1	

	המסרו	3	
המסרתן	המסרתם	2	Plur.
	המסרנו	1	

Benoni.

המסרה	המסר
המסרות	המסרים

Paoul.

Idem ac Paoul *Hiphil*.

Futurum.

Idem ac Futurum *Niphal*.

Imperativus.

Deest.

Infinitivus.

Idem ac Infinitivus *Niphal*.

Characteristica hujus conjugationis est ה a fronte dictionis.

CAPUT OCTAVUM.

De Conjugatione Hithpael.

A Cæteris facillime fecernitur hæc conjugatio: habet enim הת pro cha-

charactere distinctivo, מסר *Kal.* התמסר *Hithpael*.

Jam dictum est verba in hac conjugatione significationem habere reflexivam, seu significare actionem agentis in seipsum. מסר *tradidit*. התמסר *tradidit seipsum*.

Sunt tamen verba non pauca, quæ in *Hithpael* aliam habent significationem.

Nam primo illud ipsum significant, quod significant in *Kal*; unde fit, ut quædam vere activa sint, quædam neutra. הלך *ambulavit*. התהלך *idem*. פלל *oravit*. התפלל *idem*. נבא *prophetavit*. התנבא *idem*: חנן *deprecari*. התחנן *idem*. בשש *erubuit*. התבשש *idem*. ולא יתבששו Gen. 2. 25. *Et non erubescebant*. אדם *rubere*. התאדם *idem*. Prov. 23. 3. *Ne respicias vinum*, כי יתאדם *cum rubuerit in calice*. אנן *plangere*, *lamentari*. התאנן *idem*. מה יתאונן אדם חי Tren. 3. 39. *Cur lamentatur homo vivens?* &c.

Secundo: Non pauca vere passiva sunt, idemque significant, quod in *Niphal*. ברך *benedixit*. התברך *benedictus est*. והתברכו בזרעך Gen. 22. 18. *& benedicentur in semine tuo.* Hinc Gen. 28. 14. pro והתברכו legitur ונברכו in *Niphal*. התפקדו Num. 2. 33. *numerati sunt*. וישתכחו Eccl. 8. 10. *oblivioni traditi sunt*. התפרקו Ezech. 19. 12. *fracti sunt*. Nec est longe petita ista significatio passiva, cum apud Chaldæos, & Syros conjugatio *Hithpael* vere sit passiva, &

apud eos non reperiatur conjugatio *Niphal*. Inde fortasse est, quod in textu Græco novi Testamenti reperiantur passiva nonnulla cum significatione *Hithpael*. 1. Cor. 7. 10. *Iis, qui matrimonio juncti sunt, præcipio uxorem a viro* μὴ χωρισθῆναι *non separari;* id est, non separare seipsam. & v. 11. *Quod si* χωρισθῇ *separaverit se*, &c.

Tertio. Nonnulla fictionem quamdam & simulationem significant: cujus rei duplex habetur exemplum in unico versu Prov. 13. 7. יש מתעשר ,ואין כל ; מתרושש והון רב. Ad verbum: *Est se faciens, vel simulans divitem, & nihil: se faciens pauperem, & divitiæ multæ* והתחל 2. Sam. 13. 5. *Et finge te ægrotum*, ויצטירו Jos. 9. 4. *Et legatos se finxerunt*.

Indicativus.

Præteritum.

Fœm.	Masc.		
התמסרה	התמסר	3	Sing.
	התמסרת	2	
	התמסרתי	1	
	התמסרו	3	Plur.
התמסרתן	התמסרתם	2	
	התמסרנו	1	

Benoni.

מתמסרה	מתמסר
מתמסרות	מתמסרים

Futurum.

תתמסר	יתמסר
תתמסרי	תתמסר
	אתמסר
תתמסרנה	יתמסרו
תתמסרנה	תתמסרו
	נתמסר

Imperativus.

התמסרי	התמסר
התמסרנה	התמסרו

Infinitivus.

התמסר
בהתמסר
כהתמסר
להתמסר
מהתמסר

I. Littera ה prima conjugationis hujus characteristica paucissimis quibusdam in locis mutatur in א. Sed de ea observatione fusius infra, cap. 23. *de Chaldaismis textus Hebraici*.

II. Littera ת secunda conjugationis hujus characteristica præcedit semper primam radicis litteram, exceptis verbis, quæ incipiunt ab aliqua ex his quatuor litteris ש, צ, ס, ז, *za sa tsa ss*.

Verba enim, quæ incipiunt a ש, aut ס, transponunt, rejiciuntque illud ת post primam radicis suæ litteram. הסתבל *oneravit se*, pro התסבל, a verbo סבל *onerare*. השתמר *custodivit se*, pro התשמר, a verbo שמר *custodire*. התשוטטנה Jerem. 49. 3. *Cursitate, o mulieres*, nihil transponit.

Quæ incipiunt a צ, non tantum transponunt, rejiciuntque illud ת post primam radicis suæ litteram, sed illud insuper mutant in ט. נצטדק Gen. 44. 16. *justificabimus nos*, pro נתצדק, a verbo צדק *justum esse*. ויצטירו Jos. 9. 4. *& finxerunt se legatos*, a verbo ציר.

Quæ vero incipiunt a ז, dicuntur mutare ת in ד. Nullum tamen occurrit exemplum in sacro textu: sed est illa mutatio frequens apud Chaldæos, & Syros.

III. Aufertur interdum, juxta quosdam, littera ת secunda hujus conjugationis characteristica, ante litteras ת, ט, ז, ד, ne duæ litteræ ejusdem soni, aut affinis se sequantur. Id factum, ajunt, ex imitatione Chaldæorum, & Syrorum, apud quos hoc in casu frequens est ista elisio. In rei testimonium adducunt sequentia

loca. הדשנה Isa. 34. 6. *impingua te*, pro התדשנה. אדמה Isa. 14. 14. pro אתדמה *similis fiam.* אדדה Isa. 38. 15. pro אתדדה *vagabor.* אדדם Psal. 42. 5. pro אתדדם *faciam eos incedere.* הזכו Isa. 1. 16. pro התזכו *mundate vos.* הטמאה Deut. 24. 4. *polluit se*, pro התטמאה. Sed re examinata, assertum istud videtur carere sufficienti fundamento. Nam primo. הדשנה juxta Buxtorfium in Concordantiis, est in *Hophal*, & nihil vetat. Secundo. אדמה potest esse futurum *Niphal*. Tertio. אדדה, & אדדם semel tantum occurrunt in sacro textu, & tam possunt esse in *Niphal*, quam in *Hithpael*. Quarto. הזכו potest esse in *Niphal*. Quinto denique הטמאה potest esse in *Hophal*. Nulla ergo ratio convincit illa verba esse in *Hithpael*.

CAPUT NONUM.

De Verbis imperfectis seu defectivis in genere.

VERBA *imperfecta*, seu *defectiva*, item *irregularia*, & *anomala* dicimus ea, quæ in conjugando unam aut alteram radicis suæ litteram deperdunt. Quæ unam tantum deperdunt, ea defectiva simpliciter; quæ vero duas,

ea dupliciter defectiva vocamus.

Non raro more perfectorum flectuntur; quo in casu non minus facile est ea discernere, ac interpretari, quam perfecta.

Defectivorum simplicium tres sunt species. Quæ primam radicis litteram deperdunt, primam; quæ secundam deperdunt, secundam; quæ tertiam, ea tertiam speciem constituunt.

Usus obtinuit (& fluit ab Arabibus, teste Morino, lib. 2. Exercit. Biblic. exercit. 18. n. 18. p. 537.) ut verba primæ speciei vocentur *defectiva Phe*; secundæ, *defectiva Ain*; tertiæ, *defectiva Lamed*. Ratio est, quod Grammatici olim verbo פעל pro paradigmate conjugationis uterentur, sicut Latini utuntur verbo *amo*. Cum autem in illa radice פ primum locum teneat, ע secundum, ל tertium; hinc factum est, ut prima littera cujuslibet verbi, aut radicis constantis tribus litteris, dicta sit פ, secunda ע, & tertia ל.

CAPUT DECIMUM.

De Defectivis Phe.

IN hac defectivorum classe ponimus verba omnia, quæ incipiunt per litteras י & נ; id est, omnia verba י פ *Phe iod*, & נפ *Phe noun*.

Reponuntur & a quibusdam verba א פ *Phe aleph*, id est, incipientia ab א; & quædam ה פ *Phe he*, & ל פ *Phe lamed*, id est, incipientia per ה & ל. De singulis ordine dicendum.

I

De Defectivis י פ Phe iod, *&* נ פ *Phe noun*.

A Perfectis non differunt hæc verba, nisi quod primam suam litteram interdum amittant. Quibus vero temporibus, ac modis eam amittant, docebunt tabulæ sequentes. In iis prima tantummodo cujusque temporis, ac modi vox subjicitur, in qua stat tota difficultas, cum ea data, facile sit cæteras formare, juxta exemplar verborum perfectorum.

Kal.

Fudit.	Formavit.	Habitavit.	
נסך	יצר	ישב	Præt.
נוסך	יוצר	יושב	Ben.
נסוך	יצור	ישוב	Paoul.
יסך	יצר	ישב	Fut.
סך	צר	שב	Imp.
סכת	צרת	שבת	Inf.

Præteritum, duôque participia integra sunt. Futurum, Imperativus, & Infinitivus defectiva, sed non semper. Interdum enim primam radicis suæ litteram retinent. Exempli causa, a radice יחל *expectavit*, invenitur futurum ייחל *expectabit*. Mich. 5. 7. A radice ישן *dormivit*, אישן *dormiam*. Psal. 3. 6. ויישן Gen. 2. 21. *Et dormivit*. וייצר Gen. 2. 7. *Et formavit*. יירש Gen. 15. 4. *Hæreditabit*. Et plurima alia, quæ cum nihil difficultatis habeant, inutile est fusius enumerare.

Infinitivus assumit ת post ultimam. נטע *plantavit*, טעת *plantare*. Ezech. 17. 10. נגש *accessit*, גשת Num. 8. 19. *accedere*. Interdum ה. ידע *scivit*, דעה *scire*. Exod. 2. 4. ירד *descendit*, רדה Gen. 46. 3. *descendere*. Nonnunquam absque illis litteris reperitur. ישב *habitavit*. שוב Jerem. 42. 10. *habitare*. En ergo tres hujus Infinitivi

formæ. Prima שׁב vel שׁוב, quod idem eſt: altera שׁבה, addito ה paragogico: tertia שׁבת, illo ה mutato in ת, fortaſſe ad Euphoniam.

Reperitur & quarta hujus Infinitivi forma, perfectam & imperfectam complectens. יכולת *poſſe*, pro כלת Num. 14. 16. a radice יכל. יבושת Gen. 8. 7. *exſiccari*, a radice יבש.

Habetur Gen. 40. 20. & Ezech. 16. 4. הולדת *naſci*, pro לדת, a radice ילד. Sed Infinitivus iſte compoſitus eſt ex formis *Kal* & *Hophal*.

Niphal.

Fuſus eſt. Formatus eſt. Habitatus eſt.

נסך	נצר	נושב	Præt.
נסך	נצר	נושב	Ben.
ינסך	יוצר	יושב	Fut.
הנסך	היצר	הושב	Imp.
הנסך	היצר	הושב	Inf.

Conjugationis hujus anomalia e diametro diſcrepat ab anomalia conjugationis Kal. Etenim in Kal præteritum & participia perfecta erant, cætera defectiva. Hic defectiva ſunt præteritum, & Benoni tantummodo, cætera perfecta ſunt.

Obſervandum accurate pleraque verba

Phe iod, in Niphal, Hiphil, & Hophal, suum י radicale convertere in ו. Quin etiam verbum יכל *potest*, suum י radicale convertit in ו, in futuro Kal. היוכל Psal. 78. 19. *Numquid poterit?*

Hiphil.

Fundere fecit.	Formare fecit.	Habitare fecit.	
הסיך	הציר	הושיב	Præt.
מסיך	מציר	מושיב	Ben.
מסך	מצר	מושב	Paoul.
יסיך	יציר	יושב	Fut.
הסיך	הציר	הושב	Imp.
הסיך	הציר	הושב	Inf.

Tota hæc conjugatio defectiva est. Interdum tamen perfecta est, retinetque ubique primam suam litteram, præterquam in *Paoul.* איסירם Ose. 7. 12. *castigabo eos*. איליל Jer. 48. 31. *ejulabo*. אימנה Gen. 13. 9. *dexteram petam*. מיטיבים Jud. 19. 22. *exhilarantes*.

Notandum insuper contra regulam traditam cap. 7. §. 2. n. 4. qua dictum est in conjugatione *Hiphil*, characteristicam ה locum non habere in futuro; quædam verba פ י in ea conjugatione assumere interdum ה post formativas, seu augmenta futuri. Quo in casu minor est in his verbis discernendis difficultas, quam in aliis.

יהושיע 1. Sam. 17. 47. & Psal. 116. 6. *salvabit*. יהילילו Isa. 52. 5. *ululabunt*. יהודה Nehem. 11. 17. *confitebitur*. יהודוך Psal. 45. 18. *confitebuntur tibi*. Videbitur infra hunc ritum ad Chaldaismum vergere.

Hophal.

Factus est fundere.	Factus est formare.	Factus est habitare.	
הסך	הצר	הושב	Præt.
הסך	הצר	הושב	Ben.
יסך	יצר	יושב	Fut.
הסך	הצר	הושב	Inf.

Hæc quoque conjugatio tota defectiva est.

Hithpael.

Perfecta est conjugatio *Hithpael* in omnibus verbis פ י & פ נ.

Reperitur tamen Exod. 2. 4. התצב *stetit* pro התיצב, a radice יצב

I I.

De Defectivis פ א.

SÆPE primam radicis suæ litteram deperdunt in prima persona singulari futuri. אמר Gen. 24. 14. *dicam*, pro אאמר, a radice אמר *dicere*. אבידה Jerem. 46. 8. pro אאבידה *perdam*. אזין Job. 32. 12. pro

אאזין *attendam*. אהבם Ose. 14. 5. pro אאהבם *amabo eos*. ואחר Gen. 32. 5. pro ואאחר *moratus sum*.

Eamdem litteram deperdunt in aliis futuri personis, sed rarius. יהל Isa. 13. 20. pro יאהל *tentoria figet*. ירב 1. Sam. 15. 5. pro יארב *insidiabitur*. ותזרני 2. Sam. 22. 40. pro ותאזרני *& accinxisti me*. ותחז 2. Sam. 20. 9. pro ותאחז *& apprehendit*. תחר Isa. 14. 20. & Gen. 49. 6. pro תאחר *unieris*. תמרו 2. Sam 19. 14. pro תאמרו *dicetis*. ימרוך Psal. 139. 20. pro יאמרוך *loquentur de te*, *obloquentur tibi*. ותפהו 1. Sam. 28. 24. pro ותאפהו, ab אפה *& coxit eum*.

Hanc eamdem litteram deperdunt in Benoni, & aliis, sed rarius adhuc. מזין Prov. 17. 3. pro מאזין *auribus percipiens*. מלפני Job. 3. 11. pro מאלפני *instruens me*. להכיל Ezech. 21. 28. pro להאכיל *ad consumendum*. מכלת 1. Reg. 5. 11. pro מאכלת, ab אכל *cibus*. מסרת Ezech. 20. 37. *vinculum*, ab אסר.

In reliquis hæc verba non differunt a perfectis.

III.

De Defectivis ה פ.

EX verbis ה פ solum הלך dicitur imperfectum a quibusdam. Nobis perfectum videtur. Vocabula autem Scrip-

turæ, in quibus verbum הלך dicitur privari ſuo ה, dicenda ſunt potius deſcendere ab uſitato ילך ejuſdem omnino ſignificationis, quod reipſa imperfectum eſt, conjugaturque ut alia verba י פ.

I V.

De Defectivis ל פ.

EX Defectivis ל פ, duo tantum defectiva ſunt, לקח *accipere*, & לתע *commolere*. Poſterius, quod una tantum vice in ſacro textu reperitur, una etiam tantum vice defectivum eſt; idque in Niphal. נתעו Job. 4. 10. pro נלתעו *commoluntur*. Forte vitioſa lectio eſt. לקח perfectum eſt in Niphal, & Hithpael. Non reperitur in Hiphil, & Hophal. Defectivum ergo eſt tantummodo in Kal, ſequiturque formam verborum י פ.

לקח	Accepit.	Præt.
לוקח		Ben.
לקוח		Paoul.
יקח		Fut.
קח		Imp.
קחת		Inf.

CAPUT UNDECIMUM.

De Defectivis Ain.

DEFECTIVORUM *Ain* duæ ſunt ſpecies.

Prima eorum eſt, quæ pro ſecunda radicis littera habent ו vel י. שום *poſuit*. איב *odio habuit*. Unicam eorum claſſem inſtituimus, cum eodem modo inflectantur, eandemque formam ſequantur.

Secunda eorum eſt, quæ ſecundam radicis ſuæ litteram duplicant, id eſt, in quibus ſecunda, & tertia littera eadem eſt. סבב *circuire*. Ea vocantur *Duplicantia Ain.*

Superfluum nobis videtur inter defectiva recenſere verba א ע, id eſt, quæ pro ſecunda radicis habent א; cum ejuſmodi verba ſuum א nonniſi in pauciſſimis locis deperdant. Hæc tantummodo vocabula huc uſque annotavimus, מדיבות Levit. 26. 16. pro מדאיבות *dolore afficientes*, a radice דאב. להשות 2. Reg. 19. 25. pro להשאות *ad conquaſſandum*, a radice שאה

I.

De Defectivis ו ע & י ע.

CUM eamdem formam ſequantur iſta verba, unicum exemplum proponere ſufficiet in verbo שום *poſuit*.

Kal.

שם	Præt.	*Poſuit*.
שם	Ben.	
שום	Paoul.	
ישום	Fut.	
שום	Imp.	
שום	Inf.	

Defectiva Ain in hac conjugatione ut plurimum ſecundam amittunt in Præterito & Benoni. Imo & eam amittunt in aliis temporibus, ac modis, ſed rarius.

Niphal.

נשום	Præt.	*Poſitus eſt*.
נשום	Ben.	
ישום	Fut.	
השום	Imp.	
השום	Inf.	

In hac conjugatione defectiva *Ain* ſervant ſecundam ſuam litteram, quam tamen deperdunt interdum.

Hujus conjugationis præteritum aliam habet flexionem ab ea, quam habent verba perfecta. Inſerit enim ו ante crementa, ſeu ante litteras formativas perſonarum, prout ſequenti paradigmate continetur.

Præteritum.

Fœm.	Maſc.		
נשומה	נשום	3	*Poſitus eſt.*
	נשומות	2	Sing.
	נשומותי	1	
	נשומו	3	
נשומותן	נשומותם	2	Plur.
	נשומונו	1	

Hiphil.

השים	Præt.	*Ponere fecit.*
משים	Ben.	
מושים	Paoul.	
ישים	Fut.	
השים	Imp.	
השים	Inf.	

Secundam radicis litteram ubique deperdit hæc conjugatio. Deperdit interdum & ipſam characteriſticam ה. דיגו Jer. 16. 16. *piſcamini*, pro הדיגו, a radice דוג *piſcari*. בינו Pſal. 94. 8. *intelligite*, pro הבינו, a ra-

הבינו, a radice בון *intelligere*. שים Gen. 24. 2. *pone*, pro השים.

Præteriti duplex eſt forma ſeu flexio. Prima eadem ac perfectorum. השים, השימתי, השימת. Secunda vero eadem ac forma præcedens. השים, השימות, השימותי &c. Legitur והשבותי Amos. 1. 8. *& convertam*. והשבות Pſal. 85. 4. *avertiſti*. והשבותם 2. Par. 6. 25. *& reduces eos*.

Hophal.

הושם Præt. *Factus eſt ponere*.
הושם Ben.
יושם Fut.
הושם Inf.

Hæc conjugatio amittit ubique litteram ſecundam ſuæ radicis, & poſt ſuam figurativam aſſumit ו. הושם pro השם. Reperiuntur tamen quædam defectiva Ain, in Hophal abſque illo ו. הסג *amotus eſt*, a radice סוג Iſa. 59. 14. המך Job. 24. 24. *attenuatus eſt*, a radice מוך.

Dum agetur de Chaldaiſmis ſacri textus, oſtendetur nonnulla verba ע ו ſuum ו nonnunquam mutare in א. וקאם Oſe. 10. 14. pro וקום *& conſurget*.

I I.

De Conjugatione Poel *Defectivis* ו ע *peculiari*.

HABENT defectiva ו ע conjugationem sibi peculiarem, a Grammaticis dictam *Poel*. Formatur ex *Kal* ultimam duplicando, ut קומם, a קום *surgere*. Defectiva non est, nec ullam in modis & temporibus litteram amittit. Conjugantur illius verba secundum flexionem perfectorum. קוממתי, קוממת, קומם.

In hac conjugatione verba significationem habent activam & passivam: unde pro varia loci exigentia modo actiue, modo passive reddi possunt. שוכם *posuit*, vel *positus est*.

Participium hujus conjugationis habet מ pro characteristica, sicut participia Hiphil, & *Hithpael*. Ex רום *altum esse*, fit רומם *exaltare*: unde מרומם Psal. 9. 14. *exaltans*: & Neh. 9. 5. *exaltatus*.

Ab hac conjugatione verba ו ע suum Hithpael mutuantur. De קומם fit התקומם: unde מתקוממים Psal. 17. 7. *insurgentes*.

I I I.

De Verbo בוא.

CUM verbum בוא *venire* frequenter occurrat, operæ pretium visum est

illud in gratiam incipientium hic conjugare.

Kal.

Præteritum.

Fœm.	Masc.		
באה	בא	3	Sing.
	באת	2	
	באתי	1	
	באו	3	Plur.
באתן	באתם	2	
	באנו	1	

Benoni.

באה	בא
באות	באים

Futurum.

תבוא	יבוא	3	Sing.
תבואי	תבוא	2	
	אבוא	1	
תבואנה	יבואו	3	Plur.
תבואנה	תבואו	2	
	נבוא	1	

Imperativus.

בואי	בוא
בואנת	בואו

Infinitivus.

בוא

Hiphil.

הביא	Præt.	*Adduxit.*
מביא	Ben.	
מובא	Paoul.	
יביא	Fut.	
הביא	Imp.	
הביא	Inf.	

Præteritum הביא duplicem habet formam, seu flexionem. Primam perfectis similem. הביא, הביאת, הביאתי. Secundam similem conjugationi Niphal ע ו. הביא. הביאות, הביאותי.

Reperitur Jer. 19. 15. & alibi pluries מבי pro מביא *adducens*. Mich. 1. 15. אבי pro אביא *adducam*. Sicut Psal. 141. 5. יני pro יניא *frangat*, a נוא *frangere*.

Reperitur etiam יבא pro יביא Gen. 2. 19. & alibi, quia littera י characteristica secunda conjugationis Hiphil, sæpè abest a futuro, ut observatum est cap. 7. n. 2.

Hophal.

הובא	Præt.	*Adductus est.*
הובא	Ben.	
יובא	Fut.	
הובא	Inf.	

I V.

De Duplicantibus Ain.

Duplicantia ע sæpè perfecta sunt. Sæpius tamen secundam abjiciunt. ישלו Habac. 2. 8. *spoliabunt*, a radice שלל. איתם Psal. 19. 14. *perfectus ero*, a radice תמם. יועם Thren. 4. 1. *obscurabitur*, a radice עמם. Tuncque cum defectivis ו ע conveniunt fere in omnibus.

Kal.

גלל &	גל	Præt.	*Volvit.*
גולל &	גל	Ben.	
	גלול	Paoul.	
	יגול	Fut.	
	גול	Imp.	
	גול	Inf.	

Præteritum assumit ו ante crementa; id est, ante formativas personarum. גל גלות, גלותי. Interdum tamen non assumit. ונחלת Ezech. 22. 16. ab חלל *prophanaberis*.

Infinitivus nonnunquam terminatur in ות. גלות *volvere*. שמות *a radice* שמם *devastare*. חנות a radice חנן *misereri*, &c.

Niphal.

נגל	Præt.	*Volutus est.*
נגל	Ben.	

יגל Fut.
הגל Imp.
הגל Inf.

Hiphil.

הגל Præt. *Volvere fecit.*
מגל Ben.
מגול Paoul.
יגל Fut.
הגל Imp.
הגל Inf.

Conjugatio Hiphil caret י secunda sua characteristica, unde ex hoc Capite ab Hophal non discrepat.

Hophal.

הוגל Præt. *Volvi factus est.*
הוגל Ben.
יוגל Fut.
הוגל Inf.

Conjugatio Hophal assumit ו in duplicantibus *Ain*, ut fit in defectivis ו ע, post conjugationis figurativam ה: sed illud interdum abjicit. המכו Job 24. 24. *depauperati sunt*, a radice מכך. יכת pro יוכת Isa. 24. 12. *contundetur*, a verbo כתת. יחן pro יוחן Isa. 26. 10. *gratia donabitur*, a verbo חנן *misereri*.

Non est silentio prætereundum *dupli-*

cantibus Ain instar defectivorum ו ע convenire conjugationem, quam Grammatici *Poel* nominant. Sic ex גלל גולל fit *volvit* & *volutus est*. התגולל *volvit seipsum*. מגוללה Isa. 9. 5 *volutata*. להתגולל Gen. 43. 7. *ad volvendum se*.

CAPUT DUODECIMUM.

De Defectivis Lamed.

Defectiva *Lamed* in quatuor classes vulgo distribuuntur.

Prima eorum est, quæ terminantur in ן, ut ממן *abscondere*, כון *præparare*, שכן *habitare*; & vocatur ל ן *Lamed noun*.

Secunda est eorum, quæ terminantur in ת, ut כרת *pangere*, חרת *insculpere*, מות *mori*; & vocantur ל ת *Lamed thau*.

Tertia eorum est, quæ terminantur in א, ut מצא *invenire*, מלא *implere*, רפא *sanare*; & vocantur ל א *Lamed aleph*.

Quarta denique eorum, quæ desinunt in ה, ut קנה *possidere*, *emere*, עלה *ascendere*, גלה *revelare*; & vocantur ל ה *Lamed he*.

Hæc sola quarta classis merito imperfecta dicitur. Circa alias sufficiet paucas observationes subjicere.

I.

De Defectivis נ ל.

HÆc verba in omnibus conjugationibus perfecta sunt. Id unum observandum, nempe ea ante crementa נו & נה amittere interdum suum נ, ne duo נ se sequantur. Sic dicitur תאמנה Isa. 60. 4. pro תאמננה *nutrientur*, ab אמן *nutrire*. תעגנה Ruth 1. 13. pro תעגננה *retardabimini*. נשענו 2. Par. 14. 11. pro נשעננו *innixi sumus*. Exempla tamen ejuscemodi rara sunt.

In Bibliis punctatis ista elisio notatur per punctum *Dagheſſ* impressum in medio litteræ נ. Quod quidem punctum indicat duplicandam esse litteram eo fere modo, quo apud Latinos lineola supra litteram posita, illam interdum duplicandam esse significat, ut *añus*, pro *annus*; *suma*, pro *summa*. Qui vero legunt Biblia non punctata, istam litteræ נ absentiam, & elisionem loci exigentia facile deprehendunt; præsertim cum hujus observationis memores sunt.

I I.

De Defectivis לת.

HÆc verba præcedentibus similia sunt, perfectaque in omnibus, nisi

quod ſuum ת interdum deperdunt ante crementa תן , תם , תי , ה , ob rationem modo aſſignatam. מת Ezech. 28. 8. pro מתת *mortuus es*. מתי Gen. 19. 19. pro מתתי *mortuus ſum*. המתי Oſe. 9. 16. pro המתתי *interfeci*. המתם & המתן Num. 16. 41. & Exod. 1. 16. pro המתתם & המתתן *interfeciſtis*. כרתי Exod. 34. 27. pro כרתתי *pepigi*. משרת 1. Reg. 1. 15. pro משרתת *miniſtrans*. ונכרת Abd. 10. pro ונכרתת & *exſcinderis*. השבתי ſæpiſſime pro השבתתי *ceſſare feci*. חתו ſæpius pro חתתו *territi ſunt*. נצמתי Job. 23. 27. pro נצמתתי *exciſus ſum*. נבעתי Dan. 8. 17. pro נבעתתי *territus fui*.

Iſta litteræ ת eliſio in Bibliis punctatis puncto *Dagheſſ* in ventre litteræ impreſſo dignoſcitur: in aliis vero loci contextu, & adjunctis.

III

De Defectivis לא.

INDUUNT ſæpiſſime verba hæc formam verborum לה , ſuumque א mutant in ה. Inde eſt, quod tam ſæpe ſuum א finale deperdunt.

Indicem ſatis longum exemplorum, in quibus iſta eliſio, mutatiove contingit, atteximus, non inutilem futurum Tyronibus, cum explicationi ſerio ſe accingent. מצתי Num. 11. 11. & 2. Sam. 3. 8.

pro מצאתי *inveni*. המציתך 2. Sam. 3. 8. *invenire feci te*. ימלה Job 8. 21. pro ימלא *impleat*. מלתי Job 32. 18. pro מלאתי *plenus sum*. מלו Ezech. 28. 16. pro מלאו *pleni sunt*. יצתי Job 1. 21. pro יצאתי *egressus sum*. היוצת Deut. 28. 57. pro היוצאת *exiens*. וצמת Ruth 2. 9. pro וצמאת *& sities*. צמתי Jud. 4. 19. pro צמאתי *sitio*. להחבה 1. Reg. 22. 25. pro להחבא *ad abscondendum*. ונחבתם Jos. 2. 16. pro ונחבאתם *& abscondemini*. נחבה Jer. 49. 10. pro נחבא *absconsus*. וקיו Jerem. 25. 27. pro וקיאו *& evomite*. חטו Gen. 20. 6. pro חטוא *peccare*. אחטנה Gen. 31. 39. pro אחטאנה *expiabam illud*. נבית Jer. 26. 9. pro נביאת *prophetasti*. והתנבית 1. Sam. 10. 6. *& prophetabis*. רפה Psal. 60. 4. pro רפא *sana*. וירפו 2. Reg. 2. 22. pro וירפאו *& curati sunt*. נרפתה Jer. 51. 9. *sanata*. יכי pro יכיא Psal. 141. 5. a נוא *frangat*. מקנה Ezech. 8. 3. pro מקניא *zelare faciens, ad zelotypiam provocans*. הפלה Psal. 4. 4. pro הפלא *mirificavit*. ונטמתם Levit. 11. 43. pro ונטמאתם *& polluemini*. כלו 1. Sam. 6. 10. pro כלאו *incluserunt*. כלתני 1. Sam. 25. 33. pro כלאתני *impedivisti me*. ונשו Ezech. 39. 26. pro ונשאו *& ferent*. צביה Isa. 29. 7. pro צבאיה *militantes contra eam*.

Infinitivus Kal verborum לא assumit sæpe ת in fine. מצאת pro מצא *invenire*. In Niphal vero, & Hophal assumit ות. המצאות, נמצאות *inveniri*. בהנבאותו Zach. 13. 4. *in prophetando eum*.

I V.

De Defectivis ל ה.

OMNIA verba desinentia in ה defectiva sunt, exceptis גבה *excelluit*, & תמה *admiratus est*. Legitur enim הגבהתי Ezech. 17. 24. *extuli*, *sublimavi*, & תמהו Psal. 48. *6*. Isa. 29. 9. Habac. 1. 5. *admirati sunt*, *admiramini*, *obstupescite*.

Addunt Grammatici & ista duo כמה *desideravit*, & נגה *splenduit*. Verum כמה non reperitur nisi semel Psal. *63*. 2. נגה vero reperitur quidem sexies, sed semper in tertia persona futuri *Kal*, aut *Hiphil*, quibus in locis, regulis illæsis, suum ה conservat.

Dictum est §. præcedenti verba לא sæpissime induere formam verborum לה, eaque de causa suum א deperdere. Dicendum vicissim verba לה mutare etiam suum ה in א. שנא 2. Reg. 25. 29. pro שנה *mutavit*. ישנא Thren. 4. 1. & Eccl. 8. 1. pro ישנה *mutabitur*. ויחלא 2. Par. 16. 12. pro ויחלה & *ægrotavit*; unde תחלאים *morbi*. ויחפאו 2. Reg. 17. 9. pro ויחפו, ab חפה & *occultarunt*. בזאו Isa. 18. 2. pro בזו *diripuerunt*, a radice בזה, eo loci pro בזז *diripere*. נצא תצא, Jerem. 48. 9. *volando avolabit*, a verbo נצה *avolare*. יקראנו Gen. 42. 4. pro יקרנו *obveniet ei*, a verbo

קרה *obvenire*. קראני Job 4. 14. pro קרני, vel potius קרה לי *obvenit mihi*, וקראת Deut. 31. 29. pro וקרת *& obveniet*. תלאום 2. Sam. 21. 12. pro תלום, a תלה *suspenderunt eos*. תלואים Ose. 11. 7. pro תלויים *suspensi*. ויראו המוראים 2. Sam. 11. 24. pro וירו המורים ab ירה *jaculati*, *& jaculati sunt jaculantes*. לירוא 2. Par. 26. 15. pro לירוה *ad jaculandum*. Hinc משאות Prov. 22. 26. *debita*, & משאת Deut. 24. 10. *mutuum*, a נשה *mutuare*. Quidam a נכה *percutere*, derivant נכאו Job 38. 8. *percussi sunt*, & נכאים Isa. 16. 7. *percussi*. Alii a כאה *atterere*.

Kal.

Præteritum:

Fœm.	Masc.		
קנתה & קניה	קנה	3	*Possedit*.
	קנית	2	Sing.
	קניתי	1	
	קניו & קנו		
קניתן	קניתם		
	קנינו		

Benoni.

קני קונה & קניה	קונה &
קונות	קונים

Paoul.

קנויה	קנוי
קנויות	קנויים

Futurum.

תקנה & תקניה	יקנה & יקניה	3	Sing.
תקני	תקנה	2	
	אקנה	1	
תקנינה	יקנו	3	Plur.
תקנינה	תקנו	2	
	נקנה	1	

Imperativus.

קני	קנה
קנינה	קנו

Infinitivus.

קנה קנוה קנו קנות
בקנות
כקנות
לקנות
מקנות

Tertia fœminina fingularis præteriti formatur a tertia mafculina, mutando ה in תה. Abeft interdum illud ה. עשת pro עשתה *fecit*. Levit. 25. 21. Terminatur hæc eadem perfona nonnunquam in יה. חסיה

pro חסתה *speravit*. Psal. 57. 2. ut & fœmininum participii Benoni. בוכיה Thren. 1. 16. *plorans*. עטיה Cant. 1. 7. *divertens*, *declinans*, *operiens se*.

In aliis omnibus præteriti personis ה radicale mutatur in י. Verum non semper exprimitur illud י. בנתי 1. Reg. 8. 44. pro בניתי *ædificavi*. Ista suppressio contingit potissimum in tertia plurali. קנו sæpius quam קניו.

Benoni ut plurimum sequitur formam perfectorum. קונה ut מוסר. Interdum tamen suum ה mutat in י. פורי *fructum ferens*, pro פורה. Hinc patet non male Vulgatam vertisse hunc locum Psalmi 149. 2. בעשיו *in eo qui fecit eum*: quamvis Tremellius, Bochartus, & alii eumdem locum vertant *in factoribus suis*, nec ii male; ut videre est apud eumdem Bochartum, l. 2. de animalibus Scripturæ, cap. 34. col. 347.

Paoul sequitur formam perfectorum, nisi quod ה mutat in י. קנוי pro קנוה. Ab isto participio formantur nonnulla verbalia in י, ut פדוי *redemptio*, כסוי *operimentum*. Abest interdum ipsum י. העשו Job 41. 24. *factus*. צפו Job 15. 22. *exploratus*. Hinc עשות 1. Sam. 25. 18. pro עשויות *factæ*, ablato י.

Futurum sæpe suo ה radicali privatur, præsertim cum ei præfigitur ו conversi-

vum. ויקן *& emit*, pro ויקנה. תלא pro תלאה *ægre feres*. Job 4. 5. a radice לאה. אפן *respiciam*. Deut. 9. 15. a radice פנה, pro אפנה.

Sæpe etiam assumit י ante ה, aut crementa. יחסיון a radice חסה *sperabunt*. Psal. 36. 8. תבעיון Isa. 21. 12. a בעה *quæretis*. אהמיה Psal. 77. 4. a radice המה *tumultuabor*. יכליון Isa. 31. 3. *deficient*, a כלה *deficere*. יבכיון Isa. 40. 18. *flebunt*, a בכה *flere*. תדמיון Isa. 40. 18: *assimilabitis*, a דמה *similem esse*, *assimilare*. ותעניה Gen. 16. 6. *& afflixit eam*, ab ענה *affligere*. יאתיו Psal. 68. 32. *venient*, ab אתה *venire*.

Imperativus futuro similis est, & nonnunquam suum ה deperdit. פן Prov. 25. 8. pro פנה *respice*. Nonnunquam etiam assumit י ante crementa. בעיו Isa. 21. 12, *quærite*, a בעה. דליו Prov. 26. 7. pro דלו *elevate*, a radice דלה.

Infinitivus perfectorum formam imitatur. קנה & קנוה, ut מסר & מסור. Interdum ה mutatur in ת. קנוה, קנות. Imo nec raro aufertur. ראו Gen. 26. 28. *videre*. געו 1. Sam. 6. 12. *mugire*. הרו והגו Isa. 59. 13. *concipere*, *& meditari*. צפו Job 15. 22. *speculari*. שתו Prov. 31. 4. *bibere*. או ibid. *desiderare*, ab אוה.

Gerundia ב כ ל ם formam ות sibi adjungunt.

Niphal.

נקנה	Præt. *Possessus est.*
נקנה	Ben.
יקנה	Fut.
הקנה	Imp.
הקנה, הקנוה, הקנות	Inf.

Hæc conjugatio imitatur formam, ac flexionem conjugationis Kal.

נעוית 1. Sam. 20. 30. a verbo עוה *perverse agere*. Benoni fœmininum conjugationis Niphal. Sicut ex נקנה fit נקנת, ita ex נעוה fit נעות *perversa*.

Hiphil.

הקנה	Præt. *Possidere fecit.*
מקנה	Ben.
מקנה	Paoul.
יקנה	Fut.
הקנה	Imp.
הקנה	Inf.

Littera י secunda conjugationis Hiphil characteristica abest a verbis לה in hac conjugatione.

Hophal.

הקנה	Præt. *Factus est possidere.*
הקנה	Ben.
יקנה	Fut.
הקנה & הקנות	Inf.

Hithpael.

Hithpael.

Hithpael, additis characteribus הת & מת, similis est Kal.

V.

De Verbis היה, חיה, השתחוה.

SÆPE occurrunt hæc verba, & in nonnullis discrepant ab aliis terminatis in ה, quæ hic annotare, nec molestum, nec superfluum videbitur incipientibus.

היה *Esse*.

Kal.

Præteritum.

Fœm.	Masc.		
היתה	היה	3	*Est*.
	היית	2	Sing.
	הייתי	1	
	היו	3	
הייתן	הייתם	2	Plur.
	היינו	1	

Benoni.

הויה	הויה
הויות	הוים

Futurum.

תהיה	יהיה	3	Sing.
תהיי	תהיה	2	
	אהיה	1	
תהיינה	יהיו	3	Plur.
תהיינה	תהיו	2	
	נהיה	1	

Imperativus.

היי	היה
היינה	היו

Infinitivus.

היה, היו, היות

Sæpe abeſt ה radicale a futuro. יהי *erit.* תהי *eris.* אהי *ero.* נהי *erimus.*

Niphal.

Præteritum.

נהיה *Fit.*

Benoni.

נהיה *Factus.*

Cætera deſunt.

חיה *vixit*.

Eodem modo conjugatur verbum חיה *vivere*, ac היה *esse*, easdemque patitur irregularitates. Habet insuper conjugationem Hiphil. החיה *vivificavit*.

Hiphil.

החיה	Præt.
מחיה	Ben.
מחיה	Paoul.
יחיה	Fut.
החיה	Imp.
החיות	Inf.

Interdum supprimitur ו in Infinitivo. להחית pro להחיות Gen. 6. 19. *ad vivificandum*.

Reliqua hujus verbi non sunt in usu.

השתחוה *Adorare*.

Nihil difficultatis est circa illud verbum. Frequenter occurrit, & ob litterarum multiplicitatem agnitu facile est. A radice שחה *curvare*, fit in conjugatione Hithpael השתחוה per transpositionem litteræ ת, hujus conjugationis characteristicæ, per regulam traditam supra cap. 8. Sequitur formam Hithpael verborum לה, nisi quod ante ה finale assumit ו.

השתחוה pro השתחוה. Interdum suum ה finale deperdit more verborum לה.

CAPUT DECIMUM-TERTIUM.

De Verbis dupliciter defectivis, & quatuor aut quinque litterarum.

VERBA dupliciter defectiva sunt ea quæ in conjugando duas suæ radicis litteras, primam scilicet & tertiam, deperdunt. Vocantur a Grammaticis *composita*, non quod pluribus vocibus constent, ut composita Latinorum & Græcorum, sed quod dupliciter defectiva sint, ac veluti ex duplici defectivorum specie composita.

I.

Quot sint Verborum dupliciter defectivorum species?

GRAMMATICI quidam plusquam viginti horum verborum species enumerant. Aliis videtur saltem quinque debere numerari.

I. Eorum quæ ab א incipiunt, & finiunt per ה. Vocantur *Phe aleph, Lamed he*, ל ה, פ א.

II. Eorum quæ ab י incipiunt, & finiunt per א. Vocantur *Phe iod*, *Lamed aleph*. לא, פי.

III. Eorum quæ ab י incipiunt, & finiunt per ה. Vocantur *Phe iod*, *Lamed he* לה, פי.

IV. Eorum quæ a נ incipiunt, & finiunt per א. Vocantur *Phe noun*, *Lamed aleph*. לא, פנ.

V. Eorum quæ a נ incipiunt, & finiunt per ה. Vocantur *Phe noun*, *Lamed he*. לה, פנ.

Verum cum supra visum sit verba פא & לא non esse defectivis annumeranda, sequitur ex dupliciter defectivorum numero delenda esse verba לה, פא; לא, פי & לא, פנ. Ea enim videntur potius dicenda simpliciter defectiva. Verba scilicet פא לה sunt defectiva לה. Verba פי לא sunt defectiva פי. Verba vero פנ לא sunt defectiva פנ. Restat ergo ut duæ sint dupliciter defectivorum species, nimirum פי לה & פנ לה, quas etiam in unam redigere esset satius. Utraque enim terminatur per ה; & supra visum est nihil fere esse discriminis inter verba פי & פנ, eaque esse æqualiter defectiva.

De singulis tamen sigillatim suoque ordine agemus, & satis fuse, ut nulla supersit explicantibus circa hæc verba difficultas. Primis Tyrocinii hebdomadi-

bus sufficiet fortasse quæ sequuntur cursim tantummodo delibare. At cum interpretationi sedulo danda erit opera, non parum juvabit ea accurate didicisse.

II.

De Defectivis פא לה.

SUNT numero septem. אבה *velle*, אוה *desiderare*, אלה *adjurare*, אנה *lugere*, אפה *coquere*, ארה *decerpere*, אתה *venire*.

Quantum ad primam, sequuntur formam verborum פא, & perfecta sunt, præterquam in futuro, ubi eorum nonnulla deperdunt interdum suum א.

Quantum ad ultimam, sequuntur formam verborum לה.

Interpretantibus ergo non plus facessunt negotii, quam verba לה, nisi ubi privantur prima & ultima. Verum hi casus admodum rari sunt, ut eorum recensione patebit, qua facta, nihil omnino erit, quod Tyrones moretur.

אבה *velle*, *acquiescere*, semel tantum privatur suo א. Prov. 1. 10. *Fili*, *si te lactaverint peccatores*, אל תבא *ne velis*, *ne acquiescas cum eis*. Dici potest תבא eo loci esse futurum verbi בוא, *ne venias*, *ne eas cum eis*. אוה *desiderare*, nullibi privatur suo א, nisi in nomine verbali תוי. Job. 31. 35. quod Vulgata interpretatur *deside-*

rium meum, alii *signum meum*, a radice הוה. אלה *adjurare*, nullibi privatur suo א. אנה *lugere*, semel tantum reperitur, idque cum suo א. ואנו Isa. 3. 26. *& mœrebunt*. אפה *coquere*, semel tantum legitur absque א. ותפהו 2. Sam. 20. 9. *& coxit eum*. Legitur etiam Lev. 6. 14. nomen verbale תפיני ab eodem אפה, *cocturæ*. ארה *decerpere*, nullibi privatur suo א. אתה. *venire*, legitur absque א. התיו Isa. 21. 14. & Jerem. 12. 9. *adduxerunt*.

I I I.

De Defectivis פ׳י ל׳א.

SUNT duo tantummodo, יצא *exivit*. ירא *timuit*.

Quantum ad primam, sequuntur formam verborum פ׳י. Quantum ad tertiam, formam verborum ל׳א.

יצא bis tantum privatur suo א. יצתי Job. 1. 21. *egressus sum*. היוצת Deut. 28. 57. *quæ egreditur*. ירא vero nunquam.

I V.

De Defectivis פ׳נ ל׳א.

SUNT etiam duo duntaxat hujusce classis verba. נבא *prophetavit*. נשא *tulit*, *sustulit*.

Quantum ad primam, sequuntur for-

mam verborum פ נ. Quantum ad secundam, sequuntur formam לא.

נבא bis tantum privatur suo א. נבית Jer. 26. 29. *prophetasti*. והתנבית 1. Sam. 10. 6. *& prophetabis*.

נשא aliquanto sæpius, eo quod nullum fere sit verbum, quod toties occurrat. ונשו Exod. 18. 22. Num. 4. 25. 11. 17. Ezech. 39. 26. *portabunt*. ותשינה Zach. 5. 9. Jer. 9. 17. Ruth. 1. 14. *& levaverunt illæ*. משתו Job. 41. 17. pro משאתו, nomen verbale שאת, *ab excellentia ejus*. נשוי Psal. 32. 1. *condonatus*, *levatus*. ישי Psal. 55. 16. *decipiet*, a נשא *decipere*. Alii deducunt a נשה *fœnerari*, *debitum exigere*, *exactorem agere*.

V.

De Defectivis פי לה.

OCTO sunt. יאה *conveniens esse*. יגה *mœrore afficere*. ידה *jacere*. ינה *opprimere*. יעה *ejicere*. יפה *pulchrum esse*. ירה *projicere*. ישה *est*.

Quantum ad primam, formam habent verborum פי. Quantum vero ad tertiam, verborum לה.

יאה *conveniens esse*, idem est cum נאה, de quo §. sequenti.

יגה *mœrore afficere*, *affligere*. תגיון Job. 19. 2. *affligetis*. מוגים Isa. 51. 23. *affligentes*. נוגי Sophon. 3. 18. *mœsti*. נוגות Thren. 1.4.

mœstæ. יגון Isa. 35. 10. *mœror*. תוגת *idem*. Prov. 10. 1.

ירה *jacere*, in Hiphil *confiteri*, *celebrare*. הודינו Psal. 75. 2. *celebramus*. מודים 1. Par. 29. 13. *celebrantes*. יהודוך Psal. 45. 18. *celebrabunt te*. תודה Lev. 7. 13. *confessio*.

ינה *opprimere*. נינם Psal. 74. 8. *opprimamus eos*. הונו Ezech. 22. 7. & 29. *vim faciunt*. מוניך Isa. 49. 21. *oppressores tui*. יונו Ezech. 45. 8. *opprimunt*. תונו Lev. 19. 33. 25. 14. & 17. *opprimetis*. תוננו Deut. 23. 17. *opprimes eum*. להונותם Ezech. 46. 18. *opprimendo eos*.

יעה *ejicere*, semel tantum occurrit. Isa. 28. 17. idque cum י & ה.

יפה *pulchrum esse*, nunquam privatur suo י.

ירה *projicere*. לירוא 2. Par. 10. 3. *ad jaculandum*. ויראו המוראים 2. Sam. 11. 24. *& jaculati sunt jaculantes*. ונירם Num. 21. 30. *& jaculis confecimus eos*. הרני Job. 30. 19. *projecit me*, & alibi sæpe. Sæpius adhuc occurrit in Hiphil, pro *docere*. הורתני Psal. 119. 102. *docuisti me*. הרני Job. 34. 32. *doce me*. תורם 1. Reg. 8. 36. *docebis eos*. להורתם Exod. 24. 12. *ad docendum eos*. מורה 1. Sam. 20. 37. *Doctor*. מוריך Isa. 30. 20. *Doctores tui*.

ישה *est*, de quo speciatim infra.

V I.

De Defectivis פנ לה.

TREDECIM sunt. נאה *conveniens esse*. נדה *separare*. נוה *inhabitare*. נזה *spargere*. נהה *lamentari*. נחה *ducere*. נטה *inclinare*. נכה *percutere*. נלה *absolvere*. נסה *tollere*. נצה *rixari*. נקה *purum esse*. נשה *oblivisci*, *fœnerari*.

Quantum ad primam, congruunt cum verbis פ נ. Quantum ad tertiam, cum verbis ל ה.

נאה *conveniens esse*, nunquam privatur suo א, nisi in nomine verbali נוה *amœnus*.

נדה *separare*, conservat ubique suum נ.

נוה *inhabitare*, similiter, ut & נהה *lamentari*, & נחה *ducere*.

נזה *spargere*. יז Levit. 8. 11. & 30. *sparget*. & Isa. 63. 3. *aspergetur*. והזית Hiphil. Exod. 29. 21. *asperges*.

נטה *inclinare*. Sæpius occurrit absque נ. יט Gen. 12. 8. *tetendit*. ויטו 1. Sam. 8. 3. & *declinaverunt*. הט Psal. 17. 6. *inclina*. אט Job. 23. 11. *declinabo*. יטך Job. 36. 18. *avertat te*. מטי Mal. 3. 5. *inclinantes*. תט Prov. 4. 5. *declines*.

נכה *percutere*. Verbum tritissimum. Sæpe occurrit absque נ. אך Exod. 9. 15. *per-*

cutiam. יך Exod. 2. 12. *percutiet*. יכו Gen. 14. 5. *percutient*. נך Jos. 10. 4. *percutiemus*. הך Exod. 8. 12. *percute*. הכו 2. Sam. 13. 28. *percutite*. & Gen. 19. 11. *percusserunt*. מכה Exod. 2. 11. *percutiens*. & Isa. 53. 4. *percussus*. יככה Psal. 121. 6. *percutiet te*. תכו Isa. 1. 5. *percutiemini*, &c.

כלה *perficere*, nusquam absque נ. נסה *tentare*, nunquam etiam absque נ, nisi in nomine verbali מסה, מסת *tentatio*.

נצה *rixari*. הצו Hiphil. Num. 26. 9. *rixati sunt*. בהצותו Psal. 90. 2. *in rixando ipsum*. בהצותם Num. 26. 9. *in rixando ipsos*. תצינה Jer. 4. 7. *vastabuntur illæ*. Suspicantur quidam תצינה posse deduci a נתץ *demoliri*, ita ut תצינה sit pro תתצינה. מצה Prov. 13. 10. 17. 19. Isa. 58. 4. &c. *jurgium*.

נקה *purum esse*, nunquam absque נ.

נשה *oblivisci*, *fœnerari*. תשו Deut. 32. 18. *oblivisceris*. הנשני Isa. 44. 21. *oblivioni traderis a me*. השה Hiphil. Job. 39. 19. *oblivisci fecit*. ישה Job. 11. 6. *oblivisci faciet*. משה Deut. 15. 2. *mutuum dans*. ישה ibid. *mutuum dederit*. ישיא Psal. 89. 23. *mutuum exiget*. ישי Psal. 55. 16. *exiget debitum*. משא, משאת Nehem. 5. 7. Deut. 24. 10. *debitum*, *mutuum*. משאות Prov. 22. 26. *debita*.

His annotationibus concluditur leves admodum esse difficultates, quæ in dif-

cernendis verbis dupliciter defectivis occurrunt. Hæc autem ideo præcipue annotavimus, ut investigatio radicis illorum verborum facilior reddatur.

VII.

De Verbo ישה seu יש *est*.

Circa verbum istud hæc videntur observanda.

Primo Utriusque est numeri, & æqualiter *est* & *sunt* significat.

Secundo. Impersonale est. Tamen junctum pronomini secundæ & tertiæ personæ, istas personas designat. אם ישך Gen. 24. 42. *Si es tu?* אם ישכם ibid. v. 49. *Si estis vos?* הישכם Deut. 13. 4. *An estis vos?* ישנו Esther 3. 8. *est ille*.

Tertio Notanda sunt & ista loca. פן יש בכם Deut. 28. 18. *Ne sit in vobis*. ומה יש לי 2. Sam. 19. 29. *Et quid est mihi?* היש את בלבבך ישר 2. Reg. 10. 15. *An est cum corde tuo rectum? & dixit* יש *est*.

Quarto. Pro יש nonnunquam scribitur אש. האש Mich. 6. 10. *An est?* אם אש 2. Sam. 14. 19. *Si est?* Immo & איש, saltem si credendum Massorethis & Paraphrastæ Chaldæo. איש רעִים Prov. 18. 24. *sunt amici*. Ex qua ultima forma prodiit Chaldaicum & Syriacum אית *est*, ש mutato in

ת, uti fit in vocabulis ex Hebræo in utramque linguam derivatis.

VIII.

Verbum נתן Dedit.

Kal.

Præteritum.

Fœm.	Masc.		
נתנה	נתן	3	Sing.
	נתת	2	
	נתתי	1	
	נתנו	3	Plur.
נתתן	נתתם	2	
	נתננו & נתנו	1	

Benoni.

נותנה	נותן
נותנות	נותנים

Paoul.

נתונה	נתון
נתונות	נתונים

Futurum.

תתן	יתן	3
תתני	תתן	2
	אתן	1

יתנו	תתננה
תתנו	תתננה
נתן	

Imperativus.

תן	תני
תנו	תננה & תנה

Infinitivus.

נתון, תנה, תתן, תת

Gerundia.

בתת
כתת
לתת
מתת

Reperitur 2. Sam. 22. 41. תתה *dedisti*, pro נתת.

Niphal.

Præteritum per omnia simile est præterito *Kal*.

Ben.	נתן
Fut.	ינתן, תנתן, אנתן
Imp.	הנתן
Inf.	הנתן & הנתון

Cætera desunt.

I X.

De Verbis quatuor aut quinque litterarum.

Nihil difficultatis habent hæc verba. Formam perfectorum ſequuntur. Quædam tantum notanda ſunt circa litteras quibus conſtant.

Nonnunquam conſtant litteris diverſis; ut כרסם *devaſtavit*, כרבל *operuit*, פרשן *expandit*, שמאל *ſiniſtram petit*, &c. Rariora ſunt verba ejuſcemodi.

Sæpius quatuor aut quinque litteris conſtant, quia unam aut alteram duplicant.

Sic primam duplicando, ex גלל *volvere*, fit גלגל *idem*. ex סלל *ſternere*, fit סלסל *idem*.

Duplicando tertiam, ex שאן *tranquillum eſſe*, fit שאנן *idem*. ex צמת *exſcindere*, fit צמתת *idem*. ex אמל *languere*, fit אמלל *idem*, &c.

Duplicando primam & ſecundam, ex חרה fit חרחר *incendere*. ex שעה fit שעשע *exultare*. ex יפה, יפיפית Pſal. 45. 3. *ſpecioſus factus es*.

Duplicando primam & tertiam, ex טול fit טלטל *aſportavit*. ex כול fit כלכל *ſuſtentavit*.

Denique duplicando ſecundam & tertiam, ex הפך fit הפכפך *convertit*. ex סחר fit סחרחר *circuivit*, *mercatus eſt*.

CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

Verborum defectivorum regulæ versibus comprehensæ.

Subnectimus quasi præcedentium *Anacephalæosim*, verborum defectivorum regulas versibus comprehensas. Scimus fore quibus superfluæ videbuntur, nec omnino immerito. Cum enim qui Hebraicis studiis dant operam, vulgo provectæ sint ætatis, judiciique jam maturi, regulas non ediscunt memoriter, ut pueri; sed eas recte intelligere satis habent. Verum nonnulli fortasse aliter sentient, existimabuntque regulas istas versibus, quantumvis rudibus ac male tornatis contentas, Tyronibus quibusvis profuturas.

De Verbis defectivis generatim.

Defectiva duum generum sunt verba: priora
Una deficiunt; at posteriora duabus.

De Verbis simpliciter defectivis.

Primorum tres sunt species: queis littera prima

Est demta, hæc primam: queis demta secunda secundam;
Ternam constituunt, queis littera tertia demta est.
Est *Phe* prima, secunda *Ain*, & tertia *Lamed*.

De Defectivis Phe.

PRimæ prima perit, sed non semper, nec ubique
In *Kal* Præteritum gemino cum participante
Integra sunt: reliquis aufertur littera prima.
Diversos patitur manes vox altera *Niphal*.
Deficiunt illi tantum duo, Præteritum & Ben.
In reliquis perfecta manet. Curtantur ubique
Hiphil atque *Hophal*: contra nullatenus *Hithpael*.
His hæc adde duo. Thau *Kal* capit Infinito:
Magnaque pars *Phe iod* in *Niphal*, *Hiphil* & *Hophal*
Radicale suum *Iod* in *Ouau* mutat ubique.

De Defectivis Ain.

ALtera defectivorum species duplicatur.
Namque subest illi *Ain ouau*, duplicansque secundam.

De Defectivis Ain ouau.

Sit pro *Ain ouau* iste canon: privabitur *ouau*
Kal crebro, *Niphal* raro, *Hiphil* semper & *Hophal*.
Est propria his verbis nova conjugatio: *Poel*
Dicitur hæc & fit cum tertia conduplicatur.

רוּם רוֹמֵם הִתְרוֹמֵם

De *Roum* fac *Rommem*, de quo formes *Heäromemem*.

De Duplicantibus Ain.

Consimiles fere sunt ritus duplicantibus *Ain*
Niphal, *Hiphil*, *Hophal*, media minuuntur ubique
Kal eadem crebro curtatur, sæpeque restat
Perfecta. Hoc tanquam proprium sibi vindicat omne
Præteritum horum verborum: nempe ante figuram
Personæ cujuslvis, vocalem inserit *Ovau*.

נגלותי נגלות נגל גלותי גלות גל

Ghil, ghilouth, ghilouthi; noughil, noughilouth, noughilouthi.
Hanc formam *Niphal* & *Hiphil Ain ouau* imitantur.
Vox *Hiphil* caret י, nec ab *Hophal* secta videtur.
Est etiam his verbis formatio *Poel* ut *Ain ouau*.

הולל הלל גולל גלל

Ex Ghilal, Ghoulal: ex Helal prodit Heoulal.
Utraque præterea in *Hophal* post ה capit *ouau*.
Utraque flectendi variat formas: & in illis
Perfecta est conjug, quæ vulgo dicitur *Hithpael*.

De Defectivis Lamed he.

Tertia deficiens species, quæ dicta *Lamed he* est
Hoc habet abnormis. Fit tertia fœminea in *Tho*.

קנתה קנה

Qoune Qounouthe. Personis præteritorum
Queis est augmentum, radix ה vertitur in *Iod*
Hoc eodem ה cum Imper curtatur sæpe Futurum

קנות קנח

Infnitorum formæ funt *Qoune Qounorth*que.

קנו קנוה

Kal addit geminas, וה, ו *Qounoue Qounou*.

קנת קני קנח קנית

Ben *Qoune* aut *Qouni*, fœm. *Qoune* aut *Qounie* habebit.
Propria Paoulo *Kal* forma eft. Mutat ה in *Iod*.

קנוי קנוה

Pro *Qounoue Qounoui* dic. Hine verbalia in *Iod*.
Vox *Hiphil* caret י, fic non difcedit ab *Hophal*.

De Verbis dupliciter defectivis.

Bis defectivorum fit fpecies tibi duplex.
Prima *Phe iod Lamed he* eft, & *Phe noun Lamed he* fecunda.
Quas tamen in unam componere rectius effet.
Simplicium ad primam, per primam ambæ referuntur.
Simplicium ad ternam, per ternam ambas revocabis.

CAPUT DECIMUM-QUINTUM.

De Nominibus derivatis feu verbalibus.

DICTUM eft nominum Hebraicorum alia effe *primitiva*, alia *derivata*.

Primitiva ſunt ea quæ non derivantur aliunde, ſed ex quibus alia derivantur. Sunt communiter ipſamet radix Hebraica.

Derivata ſunt ea quæ a primaria illa voce ſeu radice deſcendunt. Vocantur verbalia, quia ut plurimum radices a quibus deſcendunt, ſunt verba. De his nominibus hic paucis agendum.

I.

Quotuplici modo formentur nomina verbalia.

QUADRUPLICI. 1. Additione. 2. Detractione. 3. Additione & Detractione. 4. Denique Duplicatione alicujus litteræ.

I I.

De Nominibus verbalibus formatis per alicujus litteræ additionem.

LITTERÆ quarum additione formantur pleraque nomina verbalia, ſunt ſeptem ſequentes, האמנותי, quæ ſecundum punctationem Maſſorethicam, efficiunt vocabulum *Heemanthi*: unde dictæ ſunt a Grammaticis *Heemanthicæ*.

ה

NOMINIBUS perfectis, de quibus actum eſt cap. 2. num. 8. raro præpo-

nitur ה; ut השמעות Ezech. 24. 16. *auditio*, a radice שמע: sed imperfectis, de quibus ibidem dictum est, sæpius præfigitur. הצלה *liberatio*, a נצל *liberavit*. הכרה *agnitio*, a נכר *agnovit*. הוסד *fundamentum*, ab יסד *fundavit*.

In fine vero nominum aut paragogicum est, ut in לילה *nox*, חרסה *sol*; aut nota est fœminini generis. צדקה *justitia*. חכמה *sapientia*, &c.

א

RADICIBUS interdum præponitur א, & format nomen verbale. אזרח *indigena*, a זרח *oriri*. אכזב *mendax*; a כזב *mentiri*. אפרוח *pullus*, a פרח *flos*, *semen*. אזרוע *brachium*, a זרע *idem*. אשכל *botrus*, a שכל *orbare*, *abortire*. אזקים *catenæ*, a זקים. & זקק. אפריון *thalamus*, a פרה *fructum ferre*.

Contra linguæ Hebraicæ indolem est, ut affigatur in fine nominum. Nonnulla tamen reperiuntur in sacro textu cum א affixo in fine loco ה. Verum id contingit quia imitantur formam Chaldaicam. De iis infra capite speciali agetur.

מ

SÆPISSIME nominibus præponitur מ. מזמור *Psalmus*, a verbo זמר *psallere*.

מזבח *altare*, a verbo זבח *ſacrificare*. משפט *judicium*, a verbo שפט *judicare*.

Poſtponitur vero rarius. שלשום *nudius tertius*, a שלש *tres*. פדיום *redemtio*, a פדה *redimere*.

נ

A Fronte nominum raro reperitur נ. נרגן *murmurator*.

Sæpe in calce additur. קרבן *oblatio*, a קרב *offerre*. שלחן *menſa*, a שלח *mittere*. אלמן *viduus*, ab אלם *obmuteſcere*; præſertim inſerto ו. רעבון *fames*, a רעב *eſurire*. ישמון *ſolitudo*, ab ישם *deſolare*. שכרון *ebrietas*, a שכר *inebriare*. זכרון *memoria*, a זכר *recordari*. Et addito ה, אביונה *concupiſcentia*, ab אבה *velle*.

ו

NUNQUAM a fronte nominum reperitur ו. In calce non reperitur, niſi in חיתו *beſtia*. Inſeritur autem ſæpiſſime ſive poſt primam radicis litteram, uti fit in Benoni, תועבה *abominatio*, a תעב *abominari*. חותמת *ſigillum*, ab חתם *obſignare*: ſive poſt ſecundam, uti fit in Paoul. מזמור *Pſalmus*, a זמר *pſallere*, &c. ſive denique poſt omnes radicales cum alia littera, puta נ, ת, aut ם, ſyllabam novam efficiendo. חשבון *ſupputatio*, ab חשב cogi-

tavit. מלכות *regnum*, a מלך *regnavit*. פדיום *redemtio*, a פדה *redimere*.

ת

SÆPE nominibus verbalibus præponitur ת. תלמיד *discipulus*, a למד *discere*. תפארת *ornamentum*, a פאר *ornare*. תרדמה *sopor*, a רדם, נרדם *sopiri*.

Sæpe etiam postponitur, tuncque solet occupare locum ה. תפארת *ornamentum*, pro תפארה. תלבשת *indumentum*, a לבש *induere*, &c.

י

RARO præponitur nominibus appellativis. ילקט *pera*, a לקט *colligere*. יריב *litigator*, a ריב *litigare*. Sæpe propriis. יצחק *Isaac*, a צחק *ridere*. יעקב *Jacob*, ab עקב *supplantare*.

Postponitur primo nominibus nationalibus. תימני *Australis*. ארמי *Syrus*. נכרי *alienigena*. Secundo Numeralibus. שלישי *tertius*. רביעי *quartus*, &c. Tertio. Participiis verborum לה. פדוי *redemtus*, a פדה *redimere*. קנוי *possessus*, a קנה *possidere*.

III.

De nominibus verbalibus formatis per alicujus litteræ detractionem.

EX verbis defectivis fiunt nomina verbalia per detractionem litteræ, qua ea verba deficiunt.

Ex verbis פנ & פי per detractionem נ & י. A נשא *elevare*, fit שא *sublimitas*. Ab יצא *exire*, fit צא *sordes*. Ab ירע *scire*. fit רע *scientia*.

Ex verbis עו per detractionem ו, fit גר *peregrinus*, a גור *peregrinari*. צר hostis, a צור *obsidere*, &c.

Ex verbis duplicantibus secundam, per illius detractionem fit חץ *sagitta*, ab חצץ *sagittare*. עז *robur*, ab עזז *roborare*.

Ex verbis לה fit per detractionem ה, בן *filius*, a בנה *ædificare*. אב *Pater*, ab אבה *velle*. או *desiderium*, ab אוה *desiderare*.

I V.

De Nominibus verbalibus formatis tam per additionem, quam per detractionem alicujus litteræ.

NOMINA ex verbis deficientibus derivata non raro in locum litteræ radicalis quam deperdunt, aliam aut interdum plures assumunt ex sequentibus האמנות׳.

Derivata ex verbis פי & פנ sæpe a capite loco radicalis quam deperdunt, assumunt מ aut solam, aut sequente ו. מסע *profectio*, a נסע *proficisci*. מטע *plantatio*, a נטע *plantare*. מצע *stratum*, ab יצע *sternere*. מושב *sedes*, ab ישב *habitare*. מועד *conventus*, ab יעד *condicere*.

Nonnunquam aſſumunt ת, ſequente ſimiliter ו.הודה *confeſſio*, ab ידה *confiteri*. תושב *incola*, ab ישב *habitare*.

A calce vero aut nullam litteram aſſumunt, ut modo viſum eſt; aut aſſumunt ה vel ת. שבת *habitatio*, ab ישב *habitare*. תנה *ſomnus*, ab ישן *dormire*. מולדת *nativitas*, ab ילד *genuit*. מורשה *hæreditas*, ab ירש *hæreditate acquirere*. תוכחה *increpatio*, ab יכח *increpare*. מגפה *plaga*, a נגף *vulnerare*, &c.

Derivata a verbis עו aſſumunt a fronte מ aut ת, in fine vero ה aut ת. Sæpe unam tantum, ſive in fronte, ſive in fine; ſæpe etiam unam aut plures a fronte, & ſimul unam aut plures in fine. מקום *locus*, a קום *ſtare*. מנוחה *requies*, a נוח *quieſcere*. בושת *confuſio*, a בוש *erubeſcere*. תלונה *querela*, a לון *murmurare*.

Derivata a verbis ſecundam duplicantibus eadem ratione formantur. מסב *accubitus*, a סבב *circuire*. מכס *ſupputatio*, a כסס *ſupputare*. מעוז *robur*, ab עזז *roborare*. מגלה *volumen*, a גלל *volvere*. תפלה *oratio*, a פלל *ſupplicare*, &c.

Derivata a verbis לה eodem quoque modo formantur. משקה *poculum*, a שקה *bibere*. תקוה *ſpes*, a קוה *exſpectare*. Sæpe etiam terminantur in ית aut ות. מרבית *incrementum*, a רבה *multiplicare*. שבית *captivitas*, a שבה *captivum ducere*. תבנית *exem-*

p'ar, a בנה *ædificare*. פדות *redemtio*, a פדה *redimere*. תחנות *castra*, ab חנה *castra metari*. Terminantur etiam in וי & יון. דוי *mœstitia*, a דוה *mœstum esse*, שקוי *potus*, a שקה *bibere*. עליון *excelsus*, ab עלה *ascendere*. גאיון *superbus*, a גאה *superbire*.

Denique derivata a dupliciter defectivis non alia ratione formantur. Communiter enim מ ab initio, aut מו, aut etiam תו: in fine vero aut retinent suum ה, aut illud mutant in ת vel ות. מכה plaga, a נכה *vulnerare*. תורה *Lex*, & מורה *Doctor*, ab ירה *docere*. מצות *rixa*, a נצה *rixari*, &c.

V.

De Nominibus verbalibus formatis per ejusdem litteræ repetitionem, aut transpositionem.

EX בקק *evacuare*, fit בקבוק *lagena*. Ex אדם *rubeus*, fit אדמדם *subrufus*. Ex עקל *tortuosus*, fit עקלקל *idem*. Ex קדד *vertex*, fit קדקד *idem*, &c.

Circa litterarum transpositionem, id unum observare sufficiet, voces nonnullas reperiri, quæ transpositis litteris in eadem nihilominus significatione perseverant. כבש & כשב *agnus*. שמלה & שלמה *vestis*. בהלה & בלהה *terror*. נאק & אנק *rudens*. חלש & חשל *lassus*. יעף & עיף *fessus*. סכל & כסל *stultus*, &c.

CAPUT DECIMUM - SEXTUM.

De Affixis Verborum.

PER *Affixa*, ut jam dictum eſt cap. 3. §. 2. intelliguntur pronomina poſſeſ-ſiva.

Quæ ſint affixa nominum, & quomodo nominibus conjungantur, dictum eſt ibidem. Hic dicendum reſtat, quæ ſint affixa verborum, & qua ratione cum verbis in unam dictionem coaleſcant.

I.

Affixa Verborum ſeparata.

ני & י	Me
נו	Nos
ך & כה	Te maſc.
ך & כי	Te fœm.
כם	Vos maſc.
כן	Vos fœm.
ו, הו & נו	Illum.
ה & נה	Illam.
ם & מו	Illos.
ן	Illas.

Affixa ני *me*, נו *illum*, & נה *illam*, ſo-

lis verbis junguntur. Cætera tam verbis; quam nominibus.

I I.

Affixa Verbo conjuncta.

מסרי מסרני	Tradidit me.
מסרנו	Tradidit nos.
מסרך מסרכה	Tradidit te masc.
מסרך מסרכי	Tradidit te fœm.
מסרכם	Tradidit vos masc.
מסרכן	Tradidit vos fœm.
מהרו מסרהו מסרנו	Tradidit illum.
מסרה מסרנה	Tradidit illam.
מסרם מסרמו	Tradidit illos.
מסרן	Tradidit illas.

III.

Quibus Verbis jungantur affixa.

SOLIS fere activis junguntur affixa, & reddenda sunt per accusativum ut plurimum. מסרי *tradidit me.* מסרך *tradidit te.*

Reperiuntur tamen affixa nonnulla etiam verbis activis juncta, necessario reddenda per alium casum, quam per accusativum. בשלם 1. Reg. 19. 21. pro בשל להם *coxit eis*, non *eos*. אגדנו Job. 31. 37. pro אגד לו *nuntiabo ei*. ישלמך 1. Sam. 24. 20. pro ישלם לך *rependat tibi*. והשבני Gen. 37. 14. pro והשב לי *& renuntia mibi*, &c.

Reperiuntur etiam affixa cum Infinitivis passivis conjuncta. ביום הבראם Gen. 5. 2. *In die creari eos.* ביום הבראך Ezech. 28. 15. *In die creari te.* Fortasse quia isti Infinitivi tenent iis in locis locum nominum substantivorum, quasi diceretur, *in die creationis eorum, in die creationis tuæ.* בהמלו *In circumcidi eum.* Gen. 17. 25. בהנשאם Ezech. 1. 21. *In elevari ea.* בהנבאו Zach. 13. 3. *In prophetari eum.*

Reperiuntur denique affixa juncta verbis neutris, tuncque non per accusativum reddenda sunt, sed per alios casus congruos, subaudita, si sensus exigat, com-

moda aliqua particula. In Lectorum commodum exempla coacervare non pigebit. יגרך Psal. 5. 5. non est reddendum *habitabit te*, sed quasi scriptum esset יגר עמך *habitabit tecum*. יצאוני Jerem. 10. 20. quasi legeretur יצאו ממני *Egressi sunt ex me*. חזקתני Jerem. 20. 7. quasi חוקת ממני *Fortior es præ me*. יזעקוך Nehem. 9. 28. quasi יזעקו אליך *clamabunt ad te*. היחברך Psal. 94. 20. pro היחבר עמך *Num sociabitur tecum?* אדדם Psal. 42. 10. pro אדד עמם *Incedam cum eis*. קדשתיך Isa. 65. 5. pro קדשתי ממך *Sanctior te sum*. יששום Isa. 35. 1. pro יששו עליהם *Lætabuntur de eis*. חנך Psal. 53. 6. pro חנה עליך *castra metantis contra te*. יאמרוך Psal. 139. 20. pro יאמרו בך *loquentur contra te*. דברו Gen. 37. 4. pro דבר עמו *loqui cum eo* יענוכה Jer. 7. 27. *Respondebunt tibi*. קמיך Exod. 15. 7. pro קמים עליך *Insurgentes contra te*. היקרך Num. 21. 23. pro היקרה לך *An eveniet tibi?* ויסעם Jud. 16. 3. pro ויסע עמם *& profectus est cum illis*, תנשני Isa. 44. 21. pro תנשה ממני *oblivioni traderis a me*, &c.

Circa affixa Infinitivis juncta notandum ea non raro referri posse vel ad personam agentem, vel ad patientem: ac proinde modo per nominativum, modo per accusativum esse efferenda, juxta locorum exigentiam. ביום מסרו *In die tradere ipsum*: id est, *in die qua tradidit ipse*,

vel *qua tradidit eum*. בברחו *cum fugeret ipse*, vel *cum fugeret ipsum*. במצאכם *In inveniendo vos*, id est, *cum inveneritis*, vel *cum invenerit vos*.

Notandum pariter affixa ני & י Infinitivis addita, differre quoad sensum. בהרגני *In occidendo me*, id est, *cum occidor*. בהרגי *In occidere me*, id est, *quando ego occido*.

Notandum denique Hebræos sæpe uti pronominibus separatis etiam cum verbis activis. אותו pro מסרו *tradidit eum*.

I V.

Quæ mutatio contingat in Verbis propter affixa.

AFFIXA verbis conjuncta efficiunt interdum ut verba ultimam suam litteram, suave crementa immutent. Quandonam autem, & quomodo contingat ea immutatio, docebunt sequentes observationes.

I. Tertia persona singularis masculina præteriti nullam mutationem patitur propter affixa, nisi in verbis לה, de quibus dicetur observatione decima tertia.

II. Secunda persona singularis masculina nullam patitur mutationem propter affixa. מסרת *tradidisti*. מסרתני *tradidisti me*. מסרתו *tradidisti eum*, &c.

III. Prima persona singularis masculina communiter retinet suum י finale. מסרתי *tradidi*. מסרתיו *tradidi eum*. Interdum tamen illud deperdit, diciturque מסרתו pro מסרתיו. Exempl. משיתהו Exod. 2. 10. *extraxi eum*, pro משיתיהו, a verbo משה *extrahere*. Reperiuntur istæ Eclipses & in Pentateucho Samaritano. Qui Bibliis punctatis utuntur, eas dignoscunt hac nota. Littera quæ præcedit illud י, id est, ת, inferne puncto notatur, quod in Massoretharum methodo æquivalet vocali י. Rejectis autem punctis, non ita facile est omissionem istam discernere, primamque præteriti personam in hujuscemodi locis a secunda, aut etiam a tertia fœminina distinguere. Videndum quam personam exigat loci constructio ac sensus: agendumque eodem modo ac si duplex esset primæ personæ terminatio. Prima & communior in תי, secunda vero & rarior in ת, locum habens cum affixis. Verum de ista litteræ *Iod*, uti & aliarum quarumdam absentia uberius alibi differetur.

IV. Tertia fœminina singularis suum ה mutat in ת. מסרתו, non מסרהו *Illa tradidit illum*: אהבתהו 1. Sam. 18. 28. *amavit illum*, non אהבהו. בקשתם Ose. 2. 7. non בקשהם *Quæsivit eos*. Ista ergo persona cum affixis conjuncta sola loci exigentia a secunda distinguitur.

V. Se-

V. Secunda fœminina singularis duplicem, ut dictum est, habet formam, seu duplex crementum. מסרת & מסרתי *Tradidisti, tu fœmina*. Affixis juncta utramque formam retinet, ac secundæ masculinæ, primæque similis est. ילדתני Jerem. 15. 10. *Peperisti me*. ונתתיהו Ezech. 16. 19. *Et dedisti eum*. נשאתים Ezech. 16. 58. *Tu fœmina, portasti ea*.

VI. Tertia pluralis communiter suum ו finale retinet ante affixa. מסרוהו *Tradiderunt eum*. Nonnunquam tamen illud deperdit, tuncque a tertia singulari sola loci exigentia potest distingui. דקרהו Zach. 13. 3. pro דקרוהו *configent eum*. Ista litteræ י suppressio ante affixa reperitur in omnibus personis per ו terminatis. ולא חשבנהו Isa. 53. 3. pro ולא חשבנוהו *Et non reputavimus eum*. Eadem est difficultas quæ modo circa י animadversa est, & de ea similiter uberius infra differetur.

VII. Duæ secundæ personæ plurales מסרתם & מסרתן ante affixa mutant ם & ן in ו. מסרתוהו *Tradidistis eum*. non מסרתמו nec מסרתנו. Notandum insuper illud ו interdum deficere, sicque personam hanc sola loci exigentia posse in hoc casu a tertia, secunda & prima singulari discerni. צמתני Zach. 7. 5. pro צמתוני *Jejunastis mihi*, a verbo צום *jejunare*. העליתנו Num. 20. 5. pro העליתונו *Ascendere fe-*

cistis nos, ab עלה *ascendere*.

VIII. Circa Benoni nulla est difficultas. Observandum solummodo Benoni recipere affixa tam nominum, quam verborum. Cum affixis verborum vertendum est per participium. Cum affixis nominum, per nomen verbale. מוסרני *tradens me*. מוסרי *traditor meus*. שמרני *custodiens me*. שמרי *custos meus*.

IX. Paoul, utpote passivæ significationis, affixa proprie non recipit. Cum ergo affixis jungitur, ita vertendum est, ac si esset nomen verbale. הרוגיו Isa. 27. 7. *Occisi ejus*, id est, *occisi ab eo*. קרואיו Sophon. 1. 7. *Invitati ejus*, id est, *invitati ab eo*, *ses conviez*. Psal. 37. 22. *Quia* מברכיו *benedicti ejus*; id est, ab eo, *hæreditabunt terram*, ומקלליו, & *maledicti ejus*, id est, ab eo, *disperibunt*.

X. Circa futurum nulla restat nova difficultas. Observandum tantummodo נ in futuro inseri ante tria ista affixa, ני *me*, ך *te*, הו *eum*. יכבדנני Psal. 50. 23. *honorificabit me*. ימצאונני Prov. 1. 28. *invenient me*. אתקנך Jerem. 22. 24. *evellam te*, a verbo נתק. וארממנהו Exod. 15. 2. *Et exaltabo eum*. יברכנהו Psal. 72. 15. *benedicet ei*. יסובבנהו Deut. 32. 10. *circumducet eum*, a סבב, &c. A Grammaticis vocatur נ istud *Epentheticum*, hoc est, *insertum*.

XI. Futuri secunda & tertia pluralis

fœminina ante affixa mutant נה in ו. אל תראוני Cant. 1. 6. *ne consideretis me*, pro אל תראנהני, a verbo ראה *videre*. Interdum deficit illud ו, ut jam dictum est. *Ancillæ meæ* תחשבני Job. 19. 15. pro תחשבוני *reputant me*. ומשבותיך תוכחך Jer. 2. 19. *Et aversiones tuæ corripiant te*, pro תכחון.

XII. Eaídem mutationes patiuntur personæ Imperativi terminatæ in ו & נה. Quæ terminatur in י, amittit suum י. היניקהו Exod. 2. 9. pro היניקיהו *lacta eum*.

XIII. Verba defectiva nullam aliam mutationem patiuntur propter affixa, quam perfecta, nisi quod verba לה ante affixa ubique suum ה radicale deperdunt. קנני *possedit me*, non קנהני. קנך *possedit te*. קנהו *possedit illum* קנם *possedit illos*. יקנכם *possidebit vos*, &c.

Idem dicendum de nominibas ex hisce verbis descendentibus, & in ה terminatis. Suum quippe ה amittunt ante affixa. מקנם *possessio eorum*. נוך Job. 5. 24. *habitaculum tuum* a verbo נוה *habitare*.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

De Dictione seu de Particulis.

JAm dictum est cap. 2. Hebræorum Grammaticos sub *dictione* comprehen-

dere *adverbia*, *præpositiones*, *conjunctiones*, & *interjectiones*. Istas autem dictiones tanto pluris intereſt ſigillatim recenſere, ac memoria tenere, quod radices plerarumque incipientibus minus obviæ ſint.

I.

Adverbia.

Loci.

אי , איה	Ubi.
איך ,איכה ,איפה ,איפוא	Ubinam?
אן , אנה	Quo? ubi?
מאן מאין	Undenam?
פה , פא	Hic, huc.
מפו , מפה	Hinc, illinc.
בזה	Hic.
מזה	Hinc.
איזה	Ubinam.
כה , הנה , הלום	Huc.
שם	Ibi.
שמה	Illuc.
משם	Inde.
בית , ביתה , מבית	Intus.
חוץ , חוצה , מחוץ	Foris.
מעל , מעלה , מלמעלה	Super, ſupra, ſuperne.
מטה , מלמטה	Infra, inferne.
ממעל	Deſuper.
מתחת	De ſub, inferne.
אחור	Retro.

פנים	Ante.
פנימה	Intus.

Temporis.

מתי , למתי	Quando.
עד מה , עד אן	Quousque.
עד אנה , עד מתי	Quamdiu.
מחר , מחרה , מחרת	Cras.
היום	Hodie.
תמול , אתמול	Heri.
אמש	Nocte præterita.
שלשום	Nudius tertius.
יומם	Interdiu.
בקר , שחר	Mane.
ערב	Vesperi.
תמיד	Quotidie.
נצח , לנצח	In æternum.
עולם , לעולם	In æternum.
קדם , מקדם	Olim, pridem.
כבר	Jam pridem.
עד	Usque.
עד אם , עד כי	Donec, usquedum.
טרם	Antequam, nondum.
כי , כאשר	Quum, quando.
זה	Jam.
עתה	Jam, nunc, modo.
אז , אזי	Tunc.
בכן	Tunc.
נא	Nunc.
עד כן	Huc usque, hactenus.
פנים , מלפנים	Ante, antea.

אחר , אחרי , אחרי כן	Postea.
עוד	Adhuc.
מהר , מהרה	Cito, velociter.
פתא , פתאם , פתאום	Subito, repente.
רגע	Momento.

Interrogationis.

ה	An, num, utrum?
אם	Si, an?
האם	An vero?
הלא , הכי	Nonne, an non, an quia?
למה , מדוע	Quare, quamobrem.
היך , איך , איכה , איככה	Quomodo.
כמה	Quot, quoties.

Affirmationis.

כן , אכן , בכן	Sic, ita vere, certe.
אך	Omnino, utique.
אמן , אמנם	Vere.
אולם , אולי	Certe profecto.
אבל	Vere.

Negationis, prohibitionis, dubitationis.

אין , לא , בל , בלי , בלתי	Non.
אין כל	Nihil.
אל	Ne.
פן	Ne forte.
אולי , לו	Fortasse.

Demonſtrationis.

הא, הן, הנה	En, ecce.
ראה	Ecce, vide.

Qualitatis.

Adverbia qualitatis plerumque ſunt nomina ſubſtantiva juncta præpoſitionibus בכלם, aut adjectiva ſive maſculina, ſive fœminina.

טוב	Bene.
רע	Male.
רשע	Impie.
ישר	Recte.
נבון	Firmiter, &c.
במשפט	Juſte, legitime.
באמת	Vere, in veritate.
שוא, בשוא	Vane.
חנם	Gratis, immerito.

Quantitatis, intentionis & remiſſionis.

רב, רבת, הרבה	Multum.
מאד	Valde.
יותר	Plus, magis.
מעט, מעט מעט	Parum, paulatim.
זער	Modicum.
אט, לאט	Senſim, clam.
כמעט, כאין	Fere, tantum non.
אף כי	Quanto magis, vel Quanto minus juxta loci exigentiam.

Congregationis, ſeparationis, & excluſionis.

יחד, יחדו	Simul, pariter.
לבד	Seorſum.
מלבד, לבד מן	Præter.
רק, אך	Tantum, duntaxat.

Similitudinis.

כ, כה, ככה, כן	Sic, ita..
כאשר	Sicut.
כמו	Sicut.
כמו כן	Similiter.
בכה	Taliter, hoc modo.

Patronymica.

עברית	Hebraice.
יהודית	Judaice.
ארמית	Syriace.
יונית	Græce, &c.

Numeri.

ראשונה, לראשונה	Primo.
שנית	Secundo.
שלישית	Tertio, & ſic de cæteris adverbiis ordinalibus.

Quod ſpectat alia adverbia *ſemel*, *bis*, *ter*, &c. ea per circumlocutionem exprimuntur.

אחת פעם	Semel, una vice.
פעמים	Bis, duabus vicibus.
שלש פעמים	Ter.
עשרים פעמים	Vigesies.
שלשים פעמים	Tricies, &c.

Reperitur nonnunquam vox מנים pro פעמים, a verbo מנה *numerare*. עשרת מנים Gen. 31. 7. *Decem vicibus*; necnon & רגלים. שלש רגלים Exod. 23. 14. *tribus vicibus*.

I I.

Præpositiones.

אל , אלי	Ad, juxta, erga.
אצל	Apud, prope, juxta.
אחר , אחרי	Post.
את , אות , עם , עמד	Cum.
ב	In.
בין	Inter.
בגלל , בעבור , בשל	Propter.
למען	Propter.
בעד , חלף , תחת	Pro.
בלא , בלי , מבלי בלתי	Absque, sine.
בלעדי , מבלעדי	Præter.
לבד , מלבד	Præter, sine.
זולת , זולתי	Præter.
עבר	Cis, trans.
אל עבר	Contra.
מעבר	Trans.

על עבר	E regione.
עד , עדי	Usque.
על , עלי	Super.
תחת	Sub.
הלאה	Ultra.
חוץ	Extra.
כ	Secundum, juxta.
ל	Ad.
לפי , כפי	Secundum, juxta.
לפני	Ante.
מפני	A.
עמת , לעמת . מלעמת	Juxta, coram, e regione.
נגד , נכח , לנכח	Ex adverso, ante.
מול , ממול	Coram.
מ , מן , מני , למן , למני	A, de, ex.
מאת , מעם	A.
סביב	Circum.

III.

Conjunctiones.

Copulativæ.

ו	Et.
גם	Etiam.
אף	Quoque.

Disjunctivæ.

או	Vel, aut, sive.
לא כן	Non sic.

Conditionales.

אם	Si, siquidem, cum.
כי אם	Quod si.
אם לא	Si non, nisi.
לו, אלו	Si.
לולא, לולי, ולא'	Nisi.

Adversativæ.

אך, אבל, אולם	Verum, verumtamen.
כי	Quamvis, sed.
כי אם	Sed.
גם כי	Etiam si.
ולא, ולו, ואם	Etsi.
אף כי	Quanto magis.
	Quanto minus.

Conjunctio hæc in comparatione affirmante solet significare *quanto magis*; in negante, *quanto minus*.

Causales.

כי	Quia, nam.
אשר, ש	Quod.
יען	Eo quod, quandoquidem.
יען אשר, יען כי	Eo quod, propterea quod.
עקב, עקב אשר	Quia, eo quod.
בעבור, למען	Ut.
באשר	Ideo.
בשגם	Eo quod etiam.
לבלתי	Ut non.

Conclusivæ.

לכן , על כן	Quare, quamobrem, quocirca, ergo, itaque, &c.

I V.

Interjectiones.

נא . אנא , אנה , כי , לו	Quæso, obsecro.
הבה , הבו	Age, agite.
אי , אוי , הוי , הה , אהה	Væ.
אוי , אויה הוי	Hei, heu, eheu.
אה , אחה חה	Ah.
הו הו	Heu, heu.
אללי	Hei.
הוי	O.
חלילה	Absit.
האח האח	Euge, euge.
הוי	Heus.
אהלי , לו , לוא	Utinam.
מי יתן	Quis dabit?
אמן	Amen.

V.

De Affixis Dictionum.

ADVERBIIS quibusdam ac omnibus præpositionibus junguntur affixa eodem modo, quo nominibus ac verbis junguntur. Id tantum interest discrimi-

nis, quod affixa verborum ut plurimum accusativo reddenda sint, nominum genitivo: affixa vero adverbiorum nominativo; præpositionum eo casu, quem præpositio regit.

Affixa Adverbiorum.

איני אינני	Non ego.
אינך	Non tu.
אינו , איננו	Non ille.
איה	Ubi illa.
אפאיהם	Ubi illi.
כמוהן	Sicut illæ.
עודכם עודכן	Adhuc vos.
הננו	Ecce nos, &c.

Affixa Præpositionum.

ביני ובינך	Inter me & inter te.
בו , בה	In eo, in ea.
בעדך	Pro te.
נגדם , נגדן	Coram eis.
אחריהם , אחריהן	Post eos, post eas.
לפניך , לפניכם	Ante te, ante vos.
תחתיך	Sub te, &c.

CAPUT DECIMUM-OCTAVUM.

De Litteris additis & redundantibus.

PER litteras additas & redundantes, eas intelligimus, quæ aut ſolius Euphoniæ cauſa, aut alia ratione nobis incognita, dictionibus quibuſdam additæ ſunt, nihilque omnino ſignificant. Quædam in principio dictionum reperiuntur, & dicuntur *Proſtheticæ*; quædam in medio, & dicuntur *Epentheticæ*; quædam denique in fine, & dicuntur *Paragogicæ*.

I.

De Litteris Proſtheticis.

LITTERARUM Proſtheticarum pauciſſima ſunt exempla. נמבזה 1. Sam. 15. 9. pro נבזה vel מבזה *vile*, *contemtibile*; duabus formis in unam coalitis. שלהבת Ezech. 20. 47. & Cant. 8. 6. pro להבת *flamma*, אזקים Jerem. 40. 1. & 4. pro זקים *catenæ*. אזנים Deut. 23. 13. pro זנים *arma*. ארוש Iſa. 28. 28. pro דוש *triturans*.

Non deſunt qui exiſtimant tria poſteriora exempla regularia eſſe, reponendaque inter nomina, quæ litteram א habent pro formativa.

I I.

De Litteris Epentheticis.

Quatuor litteræ אוין a Grammaticis Hebræis *Epentheticæ* dicuntur, & paulo sæpius in medio dictionum quarumdam reperiuntur absque ulla necessitate insertæ.

א

Dicitur a plerisque א superfluere in vocibus sequentibus. קאם Ose. 10. 14. *surgit*. דאג Nehem. 13. 16. *piscis*. ראש Prov. 10. 4. & 30. 8. & 2. Sam. 12. 1. *pauper*. ראשים Prov. 13. 23. *pauperes* ראשך Prov. 6. 11. *paupertas tua*. וראמה Zach. 14. 10. *& exaltabitur*. ראמות Prov. 24. 7. *excelsæ*, &c. Verum his in locis א videtur simpliciter positum loco ו. קאם pro קום; & sic de cæteris. Causa generalis hujus mutationis est quod litteræ א ו י sint, ut jam dictum est, apud Hebræos facile permutabiles. Assignabitur & alia ratio magis specialis, cum agetur infra de Chaldaismis textus Hebraici.

Dicitur etiam superfluere in שאסיך Jer. 30. 16. *diripientes tui*.. מאסתי Job. 7. 16. *liquefactus sum* מאס Job. 7. 5. *liquefacta est*. ימאסו Psal. 58. 8. *liquescent*. De his vocibus iterum agetur, cum sermo erit

de Syriasmis textus Hebraici.

Vere superfluit in voce מלאכים 2. Sam. 11. 1. pro מלכים *Reges*.

ו

DICITUR quoque ו esse interdum Epentheticum, proponiturque a plerisque exemplum sequens. מדויהם 2. Sam. 10. 14. pro מדיהם *vestes eorum*. Sed eo loci ו videtur esse juxta analogiam nominum verbalium ex verbis לה descendentium.

י

INSERITUR י in vocibus sequentibus. לדריוש Esdr. 10. 16. pro לדרוש *ad quærendum*. תיעשה Exod. 25. 31. pro תעשה *facies*. איתם Psal 19. 14. pro אתם *ero perfectus*; nisi dicatur cum Avenario vocabulum istud esse ab יתם ejusdem significationis cum תמם. אריוך Isa. 16. 9. *irrigabo te*, *inebriabo te*, a רוה Hoc in vocabulo videtur esse mera litteræ transpositio. אריוך pro ארויך.

כ

INseritur כ ante affixa quædam juncta personis futuri, ut mox observatum est cap. 16. §. 4. n. 10. agendo de affixis verborum.

Legitur

Legitur etiam שבענה pro שבעה *ſeptem*, Job. 42. 13. qua in voce נ vere eſt Epentheticum.

I I I.

De Litteris Paragogicis.

LITTERÆ paragogicæ apud Hebræos iis ſimiles ſunt, quæ apud Latinos vocibus quibuſdam adduntur Euphoniæ cauſa; *amarier*, *dicier*, &c. Quinque numerantur, אהוין.

א

REDUNDAT in ההלכוא Joſ. 10. 24. pro ההלכו *qui venerunt*. ולא אבוא *&* *noluerunt* Iſa. 28. 12. pro ולא אבו, ab אבה *velle*. ואמאסאך Oſe. 4. 6. pro ואמאסך *&* *repellam te*, a verbo מאס *repellere*, *contemnere*.

His locis a nonnullis longe plura anneƈtuntur, in quibus ritu Chaldaico א poſitum eſt pro ה.

ה

ADDITUR hæc littera primo nominibus quibuſdam maſculinis. נחלה *torrens*, pro נחל. חרסה *ſol*, pro חרס. לילה *nox*, pro ליל.

Secundo. Pronominibus quibuſdam, vide-

licet pronomini secundæ personæ singularis masculinæ. אתה *Tu*. Gen. 3. 14. pro את. Pronomini secundæ personæ pluralis fœmininæ. אתנה Gen. 31. 6. *Vos*, pro אתן. Denique pronominibus tertiæ personæ pluralis, tam masculini, quam fœminini generis. המה *Illi*. Gen. 44. 3. pro הם. הנה *Illæ*. Ezech. 16. 51. pro הן.

Tertio. Affixis istorum pronominum. בשמכה Jer. 29. 25. pro בשמך *In nomine tuo*. מלאככה *opus tuum*. Nah. 2. 14. pro מלאכך. כסתותיכנה *pulvillos vestros*. Ezech. 13. 20. pro כסתותיכן. אליהמה *frontispicia eorum*. Ezech. 40. 16. pro אליהם. גויתיהנה *corpora earum*. Ezech. 1. 11. pro גויתיהן.

Quarto. In verbis post crementa ת & תן, id est, post crementa secundæ personæ singularis, & secundæ fœmininæ pluralis. בגדתה Malach. 2. 14. *perfide egisti*. והשלכתנה Amos. 4. 3. pro והשלכתן *& abjicietis*.

Quinto. Post participia. ותהיה ברכה Gen. 12. 2. *& eris benedictus*. ברכה pro ברך, nisi vox ista sumatur pro nomine substantivo fœminino, *benedictio*, uti sumitur a pluribus.

Sexto. Personis futuri & imperativi cremento carentibus, imo & infinitivis. נלבנה Gen. 11. 3. pro נלבן *faciamus lateres*. לכה Gen. 19. 32. pro לך *i*. לחמלה Ezech. 16. 5. pro לחמל *ad parcendum*.

כחפשה דרכינו, ונחקרה, ונשובה אל יהוה Thren. 3. 40. *Scrutemur vias nostras, & pervestigemus, & revertamur ad Dominum.*

Septimo. Post adverbia quædam. שמה pro שם *ibi*. איכה pro איך *quomodo*, &c.

ו

REDUNDAT interdum hæc littera, sed raro. חיתו Gen. 1. 24. & alibi, pro חית *bestia*. מדו Levit. 6. 10. pro מד *vestis*. בנו pro בן *filius*. בנו בער Num. 24. 3. *filius Beor*. למעינו Psal. 114. 8. pro למעין *ad fontem*. מקללוני Jerem. 15. 10. pro מקללני *maledicens mihi*.

י

SÆPE superfluit hæc littera. Primo post nomina quædam substantiva, ut אב *pater*, אח *frater*, &c. וחם, הוא אבי כנען Gen. 9. 17. *& Cham, ipse pater Chanaan*. שם אחי יפת Gen. 10. 21. *Sem frater Japheth*, &c. Legitur etiam 2. Reg. 9. 24. & 1. Sam. 20. 36. חצי pro חץ *sagitta*.

Secundo. Post nomina ac participia desinentia in ת. מלאתי Isa. 1. 21. *plena*. על דברתי מלכיצדק Psal. 110. 4. *Secundum ordinem Melchisedech*. דברתי pro דברת. אהבתי Ose. 10. 11. pro אהבת *dilecta*. שכנתי Jerem. 51. 13. pro שכנת *habitans*. מקננתי Jer. 22. 23.

N 2

nidificans. קפדתי pro קפדת Isa. 38. 12. *præcisa*. In primo Lamentationum versu tria exempla ejuscemodi reperiuntur.

Tertio. Participiis quibusdam masculinis. אסרי *ligans*, pro אסר Gen. 49. 11. מקימי Psal. 113. 7. pro מקים *suscitans*. מושיבי ibid. 9. pro מושיב *collocans*.

Quarto. Pronomini secundæ personæ singularis fœmininæ. אתי pro את *tu*: nisi cum quibusdam dicatur, & ut putamus rectius, י eo loci minime superfluere, sed secundum linguæ rationem ac indolem adesse.

Quinto. Affixo secundæ personæ singularis fœmininæ. בתוככי Psal. 116. 19. pro בתוכך *in medio tui*.

Sexto. Post formativam secundæ personæ præteriti singularis fœmininæ. למדתי Jer. 1. 33. pro למדת *docuisti*. שמעתי Jerem. 4. 19. pro שמעת *audivisti*. מדוע אתי הלכתי Jerem 4. 23. *Quare tu fœmina vadis?*

Septimo. Post infinitivos. להושיבי Psal. 113. 8. pro להושיב *habitare faciendo*.

Octavo. Denique post nonnullas particulas, præpositiones, & adverbia. Sic מני Judic. 5. 14. pro מן *A*. אזי pro אז *tunc*. אלי pro אל *ad*. עלי pro על *super*. בלי pro בל *non*. עדי pro עד *usque*. אחרי pro אחר *post*. זולתי pro זולת *præter*, &c.

נ

Additur hæc littera primo poſt omnes verborum perſonas deſinentes in ו vel י. ידעון ſcient, pro ידעו Deut. 8. 3. תשמעון *audietis*, ibid. v. 20. pro תשמעו. יחילון *dolebunt*, Iſa. 13. 8. pro יחילו. תחילין Iſa. 45. 10. *parturis*. תדבקין *adhærebis*. Ruth. 2. 8. &c.

Secundo. Poſt infinitivos quoſdam, ſed raro. לתתן *ad dandum*, pro לתת. 1. Reg. 6. 19. באבדן *in perdendo*, pro באבד. Eſther 8. 6. Dici tamen poteſt infinitivum תתן eſſe juxta analogiam verbi כתן: אבדן vero non tam eſſe infinitivum, quam nomen verbale.



CAPUT DECIMUM-NONUM.

De Litteris omissis.

CERTUM est Amanuensium potissimum incuria omissas interdum fuisse in pluribus vocabulis, litteras etiam radicales, contra omnes Grammaticæ regulas, de quibus Criticorum est judicium. Legitur exempli causa שלתך 1. Sam. 1. 17. pro שאלתך *petitio tua*. בלבת Exod. 3. 2. pro בלהבת *in flamma*. את Ezech. 18. 10. pro אחד *unus*. כס Exod. 17. 15. pro כסא *thronus*. ללת 1. Sam. 4. 19. pro ללדת *ad pariendum*. צנה Psal. 8. 8. pro צאנה *pecora*. תתפל 1. Sam. 22. 26. pro תתפתל *simulabis te perversum*. בנו 1. Sam. 25. 8. pro באנו *venimus*. כאר Amos. 8. 8. pro כיאר *sicut fluvius*, &c. Quibus jungi potest סותה Gen. 49. 11. *vestimentum suum*, saltem in eorum sententia qui vocem illam deducunt a כסה *operire*. Verum de ejuscemodi omissionibus non est impræsentiarum sermo.

Per litteras omissas hic intelligimus quatuor sequentes ה נ ו י quæ interdum absunt ab iis locis in quibus adesse debe-

rent, juxta Grammaticæ regulas, ad designandas varias tam nominum, quam verborum affectiones, puta genera, numeros, personas, &c.

I.

De Litteris omissis sigillatim.

י

OMITTITUR י tam in nominibus, quam in verbis.

Nonnunquam pluralia in ים amittunt suum י. שעירם Levit. 17. 7. pro שעירים *Dæmones*. צנינם Num. 33. 55. pro צנינים *spinæ*. אלילם Levit. 19. 4. pro אלילים *Idola*. נתונם Num. 3. 9 pro נתונים *dati*. תומם Gen. 25. 24. pro תומים *Gemini*. תאמם Exod. 26. 24. pro תאמים *gemini*. תמימם Levit. 9. 2. pro תמימים *integri*. Reperitur illud ultimum in Samaritano textu absque secundo י. Cætera vocabula integre & cum illo י leguntur. Utrum ista omissio sit Hebraicæ linguæ proprietas, an error seu potius usus ab iis introductus, qui compendiose scribere voluerunt, non disquirimus.

In verbis vero omittitur interdum in prima persona præteriti sequente affixo. משתהו Exod. 2. 10. pro משיתהו *extraxi eum*. עשיתם Gen. 6. 7. & Isa. 42. 16. pro

עשיתים *Feci eos*. עשיתני Ezech. 29. 3. pro עשיתיני *Feci memet ipsum*, vel *feci mihi*. המציתך 2. Sam. 3. 8. pro המצאתיך *Invenire feci te*.

ו

OMITTITUR pariter ו in nominibus & in verbis.

In nominibus, nimirum in pluralibus fœmininis. מארת Gen. 1. 14. pro מארות *luminaria*. אתת ibid. pro אתות *signa*. Quo in casu pluralia illa a singularibus non distinguuntur quantum ad litteras.

Nonnunquam etiam (quod rarissimum est) in nominibus terminatis in יון. Legitur enim Exod. 21. 3. פדין pro פדיון *redemtio*.

In verbis, scilicet in fine omnium personarum desinentium in ו, sequente affixo, aut נ paragogico. כבשה Gen. 1. 28. pro כבשוה *subjicite eam*. חבלי שאול סבני 2. Sam. 22. 6. סבני pro סבוני *Funes inferni circumdederunt me*. ולא חשבנהו Isa. 53. 3. pro ולא חשבנוהו *& non reputavimus eum*. ירוין Psal. 36. 9. pro ירוויון *inebriabuntur*. ירבין Deut. 8. 13. pro ירביון *multiplicabuntur*, &c.

נ

OMITTITUR נ in verbis לנ ante crementa נו & נה. תשכנה Ezech.

17. 23. pro תשבננה *habitabunt*.

ת

OMITTITUR ת in verbis לת ante crementa תן תם תי ת. כרתי Exod. 34. 27. pro כרתתי *pepigi*, etiam in textu Samaritano. Sed de omissione ista jam supra in verbis לן & לת.

Observatum etiam est verba duplicantia secundam, eam non raro deperdere.

I I.

Qua via detegi possunt litteræ omissæ?

IN Bibliis punctatis dignoscuntur, ut dictum est, punctis quibusdam infra, supra, aut intra litteram inscriptis. At in Bibliis non punctatis, atque in nova Methodo illas dignoscere paulo difficilius est.

Considerandum in primis quid loci sensus exigat, sicque habebitur quæ sit vocis de qua ambigitur ratio: an ea singularis sit, an pluralis; an prima, an secunda persona, &c.

Sed rem, utpote non levis momenti, & quæ Tyronibus interdum molesta esse possit, penitius investigemus.

Primo ergo quod spectat pluralia in ים, a quibus abest י, eodem modo agendum

est ad ea dignoscenda, ac si pluralia masculina duas haberent formas seu terminationes; primam & communiorem in ים, alteram & longe rariorem in ם. Cum ergo occurrit vox desinens in ם, nec primo intuitu constat, quæ & qualis sit, pluralis, necne, efficit ista ambiguitas, ut in mentem veniat vocem illam forte esse ex earum numero, quæ in plurali leguntur modo in ים, modo in ם: tuncque si consulatur, quid exigat loci sensus, cito innotescet, utrum vere sit pluralis in ם, an non.

Eodem modo se res habet hoc in casu, ac cum reperiuntur pluralia in ין. Nam quamvis rara sint hæc pluralia, facile tamen agnoscuntur: quia monere solent Grammatici reperiri pluralia quædam masculina in ין Chaldaico more. Cum ergo pariter monitum sit reperiri masculina quædam desinentia in ם, omisso י, facile dignoscentur ea masculina, si attendatur ad totius sententiæ constructionem.

Idem agendum circa primas personas singulares præteriti, quæ suum י ante affixa nonnunquam deperdunt. Supponendum est personas illas duplicem formam seu terminationem habere; priorem magisque usitatam in תי; secundam vero & rariorem in תָ juxta morem Chaldæo-

rum, Syrorum, Samaritanorum & Arabum. Cum ergo voces hujusmodi occurrunt, docebit ipsa loci exigentia, quam personam designent. Exemplo sit illud Exod. 2. 10. משיתהו. Potest vocabulum istud esse prima, secunda, vel tertia persona præteriti verbi משה *extrahere*. Ut ex ista ambiguitate me extricem, considero attentius, quam personam exigat sensus loci; statimque agnosco nec secundam, nec tertiam, sed primam solam ei loco convenire; & consequenter vocem illam reddo per primam personam, *extraxi eum*.

Omissiones litteræ ו, utpote frequentiores, facilius adhuc dignoscuntur.

Ac primum quod spectat fœminina pluralia, eodem modo agendum, ac si duplicem haberent terminationem; communiorem in ות, rariorem in ת. Ubi ergo occurrit fœmininum in ת, dubiumque est, an per plurale, an per singulare sit efferendum, consulenda sunt vocis istius adjuncta, quæ nodum statim expedient. Legitur Gen. 1. 16. שני המארת הגדלים. Vox ista המארת terminationem habet ambiguam, singularisque esse potest, vel pluralis. At duo illius adjuncta שני *duo*, & גדלים *magna*, sole clarius ostendunt eam esse numeri pluralis. *Duo luminaria magna*. Item ויסכרו מעינת תהום, וארבת השמים

Gen. 8. 2. *Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli*. Verbum plurale יסכרו indicat מעינת & ארבת scripta esse pro מעינות & ארבות *fontes & cataractæ*. ויאמר מלך מצרים למילדת העברית Exod. 1. 15. *Et dixit Rex Ægypti obstetricibus Hebræis*. Patet duas ultimas voces esse in plurali, idemque esse ac למילדות העבריות. Additur enim: *Nomen unius Sephora, nomen alterius Phua*.

Omissiones litteræ ו in verborum personis desinentibus in נו pari facilitate dignoscuntur. Illud enim נ quod superest, sufficit ut innotescat, vocem cui adhæret נ, verbum esse, primamque personam pluralem præteriti. ולא חשבנהו Isa. 53. 3. Nemo attentus non animadvertit eo loci חשבנהו positum esse pro חשבנוהו *Et non reputavimus eum*. נהו enim non est affixum, sed tantummodo הו. Proinde נ in ea voce formativa est personæ alicujus. Non potest autem aliam personam formare, quam primam; ita ut vox integra sit חשבנוהו.

Aliæ omissiones ו, eæ nimirum quæ contingunt in personis desinentibus simpliciter in ו, etsi non ita facile, possunt tamen sola loci exigentia discerni a singugularibus. חבלי שאול סבני 2. Sam. 22. 6. Illud סבני primo intuitu videtur singulare, *circuivit me*. Refertur tamen ad חבלי *fu-*

nes, quod plurale eſt. Plurale ergo eſt, idemque eſt ac ſi ſcriptum eſſet סבוני, vel etiam סבבוני *circuierunt me*: quia in ea voce ſecundum ב omittitur, cum radix verbi hujus ſit סבב *circuire*. Similiter Gen. 19. 16. dicitur de duobus Angelis, quos Loth hoſpitio in Sodomis exceperat, ויצאהו וינחהו מחוץ לעיר *Et eduxerunt eum, & deduxerunt eum extra civitatem*. Evidens eſt ויצאהו & וינחהו poſita eſſe pro ויצאוהו & וינחוהו *eduxerunt eum, & deduxerunt eum*. לא תאכלהו Levit. 7. 24. *Non comedetis eum*, poſitum eſt pro לא תאכלוהו; ſermo enim eſt de pluribus. Eadem de cauſa אל תיראם Num. 14. 9. idem eſt ac אל תיראום *ne timeatis eos*. אז יקראנני Prov. 1. 28. idem eſt ac אז יקראונני *tunc invocabunt me*. כי ירבן אנשים Exod. 21. 18. *Quando rixabuntur aliqui*. Clarum eſt ירבן eſſe pro ירבון. Nam præterquam quod nominativus אנשים id innuit, id etiam innuit ן paragogicum, quod eo loci denotat perſonam deſinentem in ו. אשר ירשיען אלהים Exod. 22. 9. *Quem condemnaverint Dii*. ירשיען pro ירשיעון. Similiter לא יאכלון, ולא יריחן Deut. 4. 28. *Non comedent, & non odorabunt*. Manifeſtum eſt ex voce יאכלון vocem יריחן eſſe pro יריחון.

Ut omiſſiones litterarum נ & ה in verbis לה & לן dignoſcantur, ſatis eſt meminiſſe, verba illa interdum hiſce litteris

privari ante crementa נה & נו. Item ה, יו, חם, חן, ut notatum est cap. 12. §. 1. & 2.

Cæterum si quæ videatur superesse difficultas in detegendis hisce omissionibus, observandum est, ac pro certo habendum, eam solere, uti alias omnes, usu ipso imminui, ac tandem evanescere.

CAPUT VIGESIMUM.

De Litteris tum radicalibus, tum servilibus.

DICTUM est cap. 1. Grammaticæ, §. 3. litterarum Hebraicarum alias esse *radicales*; alias *serviles*, locumque huic divisioni explicandæ aptiorem fore, explicatis prius iis omnibus quæ ad varias radicum Hebraicarum affectiones seu mutationes aut modificationes, variaque earum crementa & augmenta pertinent. Quæ cum hactenus præstita sint; tempus est promissi exolvendi.

Litteræ radicales in qualibet dictione eæ sunt, proprie loquendo, quibus constat ipsa radix. Serviles vero quæ radici sunt superadditæ. Exempli gratia, in ista voce הדברים *verba*, tres istæ litteræ ד,ב,ר

ſunt radicales: ipſam enim radicem conſtituunt. Tres aliæ הים ſunt ſerviles: radici enim ſunt ſuperadditæ.

Quotquot ſunt litteræ in Alphabetho, eæ omnes, ſi accurate loquamur, ſunt radicales. Nulla enim eſt ex viginti duabus, quæ ad radices conſtituendas non uſurpetur ſæpius.

Verum cum undecim ex iis ad radices formandas inſerviant tantummodo, reliquæ vero undecim adhibeantur inſuper ad exprimendas varias radicum mutationes, ſeu modificationes; hinc nata eſt litterarum diviſio in eas, quæ pure radicales ſunt, & eas quæ ſunt ſerviles.

Pure radicales ſic dicuntur, non quod ſolæ ſint radicales, ſed quia non adhibentur niſi ad radices conſtituendas. Sunt autem undecim ſequentes גדזחט, צקר, סעפ.

Serviles ſic dicuntur, non quod ſint pure ſemperque ſerviles; cum ex ipſis non minus quam ex cæteris radices conſtituantur; ſed quia præter iſtum uſum, habent inſuper & alium, inſerviuntque ad formandas varias radicum modificationes, variaque earum adjuncta. Sunt autem ſequentes undecim his tribus vocibus artificialibus comprehenſæ, אלבש, כנהם, יות, *albeſſ canem iouth*, quas ob uſum capite ſequenti indicandum, me-

moria tenere non parum proderit.

De iis hoc in capite paucis agendum, seu potius repetendum, ac veluti in unum colligendum, ad quid inserviant.

א

HÆC littera formativa est primæ personæ singularis futuri, אמסר *tradam*; & quorumdam nominum verbalium. אצבע *digitus*. אשמורה *custodia*, &c.

Tunc tantummodo servilis est, uti & tres sequentes, cum dictionum initium occupat.

Notatum tamen est supra, eam paragogicam esse nonnunquam, sed rarissime, reperirique in fine quorumdam nominum formam Chaldaicam habentium.

ל

PRÆPOSITIO est, quæ nominibus ac verbis jungitur. Juncta nominibus notá est dativi, &c. Sæpius *ad* significat. Interdum *in*, *pro*, *juxta*, *sicut*, *quasi*, *super*, *contra*, *inter*, &c. ut videbitur in Syntaxi. Interdum ex nominibus facit adverbia. Juncta verborum infinitivis facit gerundia in *dum*; למסר *ad tradendum*; quæ gerundia juxta locorum exigentiam, per *ut*, *donec*, *cum*, *postquam*, *usque-*

quedum, & similia, reddenda sunt.

ב

PRÆPOSITIO est, quæ similiter jungitur nominibus ac verbis. Juncta nominibus ut plurimum significat *in*, nonnunquam *cum*, *pro*, *propter*, *de*, *a*, *contra*, *per*, &c. Ex nominibus sæpe facit adverbia. Juncta verbis format unum ex quatuor gerundiis, significatque *in*, *dum*, *cum*, *postquam*, *antequam*, *quia*, &c. juxta locorum exigentiam.

ש

DIMINUTIVUM est relativi אשר *qui*, *quæ*, *quod*. Frequens est in Ecclesiaste, & Cantico Canticorum: in aliis vero Scripturæ Libris rarius reperitur.

כ

HÆC littera (uti & tres sequentes) tunc tantummodo servilis est, cum in principio aut in fine dictionum reperitur. In medio vocis semper ad radicem pertinet. Nominibus ac verbis præponitur. Nominibus juncta interdum adverbium est similitudinis, significatque *sicut*. Interdum adverbium est conjiciendi, &

significat *quasi*, *circiter*. Interdum præpositio est significans *secundum*, *juxta*, &c. Juncta verbis gerundia facit per subjunctivum reddenda cum aliqua ex sequentibus particulis, *cum*, *dum*, *si*, *sicut*, *postquam*, *antequam*, &c. juxta loci exigentiam. Posita in fine dictionum pronomen est secundæ personæ singularis, etiam cum sequitur ה aut י. Si vero sequatur ם, pronomen est secundæ personæ pluralis masculinæ, כם. Si sequatur ן, pronomen est secundæ personæ pluralis fœmininæ כן.

נ

Cum initium dictionum occupat hæc littera, figurativa est vocis *Niphal*, item & primæ personæ pluralis futuri. Cum vero dictionum finem occupat, una est ex paragogicis, formatque nomina verbalia non pauca. Sequente ו, figurativa est primæ personæ pluralis præteriti. מסרנו *tradidimus*. Sequente ה, figurativa est secundæ & tertiæ personæ pluralis fœmininæ, tam futuri, quam imperativi. Sequente י, est affixum primæ personæ; sequente ו, affixum primæ pluralis, necnon & tertiæ singularis masculinæ, sequente vero ה, affixum tertiæ singularis fœmininæ. Sæpe etiam est *Epenthetica*, & inseritur ante affixa nonnulla, cum futuris junguntur.

ה

IN principio vocis articulus eſt caſibus omnibus conveniens, ſed præcipue nominativo & genitivo. Pronomen eſt demonſtrativum demonſtrativo Græcorum ὁ, ἡ, τὸ æquivalens. Supplet vices relativi אשר. Figurativa eſt conjugationum *Hiphil*, *Hophal* & *Hithpael*, & tam imperativi, quam infinitivi *Niphal*. Denique adverbium eſt admirationis & interrogationis.

In fine vero vocis nota eſt generis fœminini. Deſignat motum ad locum, geritque vices præpoſitionis אל. Pronomen eſt tertiæ perſonæ fœmininæ. Denique non raro paragogica eſt.

מ

IN principio dictionis non ſecus ac iſtæ tres ל, כ, ב præpoſitio eſt, quæ nominibus ac verbis jungitur. Juncta nominibus nota eſt ablativi caſus, communiterque ſignificat *a*, *ab*; nonnunquam *de*, *cum*, *propter*, *præ*, &c. Juncta verborum infinitivis format gerundium in *do*, ממסר *a tradendo*, quod interdum per *ne*, interdum per *ex quo*, vel *antequam* reſolvitur. Format præterea participia

Hiphil & *Hithpael*; necnon & plurima nomina verbalia.

In fine dictionis, præsertim præcedente י, format pluralia masculina, estque pronomen affixum tertiæ personæ pluralis masculinæ.

י

HÆc littera, uti & duæ sequentes, ubique, hoc est tam in principio, quam in medio, & fine dictionis, servilis esse potest.

In principio figurativa est tertiæ personæ futuri tam singularis, quam pluralis: necnon & formativa nominum quorumdam verbalium.

In medio figurativa est vocis *Hiphil*.

In fine format, primo, nomina patronymica, numeralia, & verbalia quædam. Secundo. Pronomen affixum primæ personæ singularis. Tertio. Primam personam singularem præteriti, & secundam singularem fœmininam futuri & imperativi. Quarto. Pluralia masculina, præsertim sequente ם. Quinto. Denique una est ex paragogicis.

ו

IN principio dictionis est conjunctio copulans *&*.

In medio format utrumque partici-

pium, futurum, imperativum, infinitivum conjugationis *Kal:* plurima item nomina verbalia.

In fine primo nota eſt pluralium fœmininorum, ſequente ת, & quorumdam infinitivorum לא & לה. Secundo. Nota eſt numeri pluralis in verbis. Tertio. Pronomen eſt affixum tertiæ perſonæ ſingularis maſculinæ. Quarto. Una eſt ex paragogicis.

ת

IN principio vocum formativa eſt ſecundæ perſonæ futuri utriuſque generis & numeri, & quorumdam nominum verbalium. Una eſt etiam ex figurativis *Hithpael*.

In medio non ſervit, niſi ad formandam conjugationem *Hithpael*, maxime in verbis quæ litteram illam ea in conjugatione tranſponunt, ut dictum eſt cap. 8. §. 8.

In fine ſæpiſſime ponitur loco ה, eſtque nota fœminini generis numeri ſingularis. Præcedente ו, nota eſt fœminini generis numeri pluralis, & interdum abſente ו. Format præterea ſecundas perſonas præteriti, utriuſque generis & numeri. Item præteriti primam ſingularem ſequente י. Denique infinitivos verborum defectivorum פ, & plerorumque לה.

CAPUT VIGESIMUM-PRIMUM.

De Radicis Investigatione.

HEBRÆORUM Dictionaria non continent ordine Alphabethico voces omnes Hebraicas (*), sed tantum earum radices, id est, voces primitivas, & sub unaquaque radice omnia vocabula derivata. Ut ergo Dictionariis uti quis possit, necesse est ut quamlibet dictionem ad radicem suam reducere queat, quod Tyronibus non est obvium. Duas hujusce investigationis rationes proponemus, quas appositis non paucis exemplis, faciliores reddere conabimur.

I.

Prima ratio investigandæ radicis.

PRIMO memoriæ mandanda est divisio litterarum in undecim radicales גדוחטס, סעף, צקר, & undecim serviles אלבש, כנהם, יות.

Secundo observandum est serviles litteras non semper esse serviles, sed sæpe ad radicem ipsam pertinere, idque non-

(*) M. Marinus in suo dictionario non solum radices hebraicas, sed voces etiam ex iis derivatas ordine alphabetico disponit, & explicat.

nunquam ipsa earum positione dignosci: Priores enim quatuor אלבש serviles non sunt, nisi cum dictionis initium occupant. Quatuor sequentes כנהם serviles quidem possunt esse tam in principio, quam in fine dictionum; at nunquam in medio. Tres reliquæ ubique serviles esse possunt. Memoriæ juvandæ causa hic subjicere lubet hanc regulam quatuor versibus comprehensam.

אלבש כנהם
Albess *atque* canem *serviles esse notabis.*
יות
Cumque illis merito consociabis iouth:
In fine aut medio vocis ne serviat Albess:
Neve canem *in medio: servit* iouth *ubi vis.*

Cum ergo vocabuli alicujus quæritur radix, ab eo primum removendæ sunt omnes serviles. Si tres litteræ radicales supersint, illæ absque dubio radicem constituunt.

Abjice serviles, & tres si forte supersint,
Radicem vocis noveris esse tuæ.

Exemplo sit vocabulum והתפרדו Psal. 22. 15. *& dispersa sunt:* a quo si removeantur quatuor serviles והתו, restat פרד vocabuli hujus radix.

Si remotis servilibus, supersint plusquam tres radicales, eæ similiter radicem constituunt. ברפסדות 2. Paral. 2. 16. *in ratibus*. Sublatis servilibus ב & ות, supereſt radix רפסד *ratis*.

In his & similibus vocibus nulla eſt difficultas; ſed non ita de cæteris.

Si ſervilibus remotis, non remaneant tres radicales, ſed duæ, aut una tantum, aut etiam nulla, quod non raro contingit; obſervandum num forte e ſervilibus aliqua, poſitione ſua ſit radicalis, id eſt, utrum una ex his quatuor אלבש, in vocis medio aut fine reperiantur, aut ex his quatuor כנהם una reperiatur in medio: tunc enim juxta regulam modo traditam, iſtæ litteræ erunt vere radicales.

Exemplum. Datur inveſtiganda radix vocis פלאות Job. 37. 16. *mirabilia*. Rejectis ab illa voce ſervilibus omnibus, unicum פ remanet; ל & א ex ſe quidem ſerviles ſunt: ſed cum in ea voce medium occupent, procul dubio radicales ſunt, & conſequenter vocis hujus radix eſt פלא *mirum eſſe*.

Aliud exemplum. Legitur Amos. 8. 9. והחשכתי *obtenebrabo*. Remotis ſervilibus, reſtat ח. Sed כ & ש eo loci non poſſunt eſſe ſerviles per datam regulam: ergo radix vocis hujus eſt חשך *tenebræ*.

Aliud exemplum. בשלמותי *in veſtibus*

meis. In voce illa nulla est littera quæ ex natura sua sit radicalis, id est, pure radicalis, seu quæ nunquam servilis sit. Tres tamen positione sua, nimirum מ ל ש, radicales esse cognoscuntur, cum in medio vocum non possint esse serviles. Ergo tres illæ litteræ radicem vocis constituunt. שלם *vestis*.

Si vero in ea dictione cujus radix investigatur, una aut altera tantum, vel etiam nulla reperiatur littera, quæ natura aut positione dignoscatur esse radicalis; perpendendum num in ea dictione litteræ serviles non sint vere radicales, quamvis sint in iis locis, in quibus serviles esse solent. Id autem contingit sæpissime.

Exempli causa. Quæritur radix vocis hujus נביאים *Prophetæ*. In ea nulla est littera pure radicalis. Verum positio litterarum ב & א in ea dictione docet eas esse radicales. At non satis est ad radicem, quæ ut plurimum tribus litteris constat. Videndum ergo num ex remanentibus litteris aliqua sit, quæ duabus ב א conjuncta radicem constituat. Incipio a littera נ; eamque ubi reliquis duabus adjunxi, exurgit נבא, quam in Lexico quæsitam, invenio radicem esse postulatam.

Quæritur radix ואהבתי *& dilexi*. Serviles sunt omnes vocis hujus litteræ. Tamen ה & ב positione sua testantur se in-

ea dictione esse radicales. Quænam erit tertia? An א, an ת? Rem investigo. Dictionarium evolvo, invenioque א esse radicalem, vocisque hujus veram radicem esse אהב *diligere*.

Quæritur radix ויתוה *& signavit*. In hac voce nulla est littera, quæ aut natura, aut positione sua indicet se esse radicalem. Verum cum omnes possint esse radicales, examino num radix vocis hujus sit וית, יתו, יתה, תוה, reperioque in Dictionario esse תוה *signare*.

Verum si exagitatis litteris omnibus dictionis alicujus, tres litteras radicales non reperio, aut quia non constat tribus litteris, ut יט *tendet*, יז *asperget*, מת *mortuus est*, נס *fugit*, רד *descendit*, כן *sic*, יד *manus*, &c. aut quia litteræ quibus constat non possunt radicem constituere, ut יטו *extendent*, עשיתם *fecistis*, נתתי *dedi*, בנותיכם *filiæ vestræ*, בתורת *in Lege*, &c. tunc certus esse debeo vocem, cujus radicem investigo, esse aut particulam aliquam, aut radicem duabus tantum litteris constantem, aut quod longe sæpius occurrit, vocem esse defectivam, quæ aliqua ex suis litteris radicalibus destituta sit.

Quo in negotio duo casus examinandi veniunt. Nam aut supererunt duæ litteræ, quas ex regulis jam traditis, radicales

eſſe poſſe judicabo, aut ſupererit una tantum.

In primo caſu, id eſt, cum habentur duæ litteræ, id agendum quod præſcribunt verſus ſequentes.

Sin tantum remanere duas conſpexeris, adde
Noun *vel* Iod *fronti*, Iod *vel* Ouau *medio*;
He *vel* A *poſtponas, aut conduplicato ſecundam:*
Prodibit radix hinc genuina tibi.

Quæritur radix vocis אביעה *eructabo*. In ea ע & ב radicales ſunt. Quæ erit tertia? Reperitur illa inter ſeptem, quarum mentionem faciunt verſus allati. Illas ergo conjungo juxta præſcriptum, incipiendo ab ipſo נ. *Adde Noun vel Iod fronti*. Exurgit נבע. Dictionarium conſulo, radicemque poſtulatam detego.

Quæritur radix למועדים *in tempeſtates.* ע & ד ſunt certe radicales. Tertia radicalis non poteſt eſſe מ; nam מעד *nutare*, iſti loco non convenit. Ergo radix eſt neceſſario vox defectiva. Quæ ut detegatur, duabus hiſce litteris ד ע, juxta verſuum modo allatorum præſcriptum, præpono primum נ, & fit נעד. נעד non eſt radix Hebraica. Præpono י, & fit יעד *ſtatuere*, vera radix vocis מועד, ex quo למועדים.

Quæritur radix ומתו *& morientur*. מ & ת poſſunt eſſe radicales. Iis præmitto נ,

fit נמת. Dictionarium consulo. נמת non est radix. Præpono י, & fit ימת. Nec ista vox radix est. Insero ו inter מ & ת, & fit מות *mori*, radix vocis ומתו.

Quæritur radix vocis רקים *inanes*. Evidens est ים non esse de radice, sed syllabam esse formativam pluralium masculinorum. Restat רק, ex quo facio רוק, ירק, נרק. Sed frustra. Etenim vel non sunt radices, vel non sunt radix quam quæro. Tandem facio ריק, inserendo י in medio, exurgitque ריק *evacuare*, radix vocis רקים.

Quæritur radix vocis עשיתם *fecistis*. עש ad radicem pertinet. עשי non est radix. עשת non est radix quæ conveniat. נעש, יעש, עוש, עיש aut non sunt radices, aut saltem non sunt radix quam exigit vox vertenda. ה *jungo fini*. Ex עש facio עשה *facere*, radix dictionis propositæ.

Quæritur radix vocis מציתיך *inveni te*. תיך non est de radice. מצי non est radix. מץ potest esse pars radicis. Recurro ad regulas. Facio successive סיץ, מצה, נמץ, ימץ, מוץ. Nihil horum convenit. Succedit מצא (ה *vel* א *postponas*) *invenire*, radix מציתיך *inveni te*.

Quæritur tandem radix dictionis במסבו *in accubitu suo*. סב sunt profecto radicales. מסב non est radix, uti nec סוב, סיב, נסב, יסב, nec סבה. סבא quidem radix est, sed

alia ab ea quam quæro. Unicum ſupereſt perfugium, ſecundam duplicando: (*aut conduplicato ſecundam.*) Exurgit סבב *circuire*, radix מסב *circuitus*, *accubitus*, ex quo במסבו.

Nec putandum eſt inutiles eſſe tot circuitus ad explicandam radicem. Nil magis juvat ad ediſcenda vocabula, variaque eorum ſignificata.

In ſecundo caſu, id eſt, cum unica habetur littera, quæ ſit aut poſſit eſſe radicalis, ei præponendum eſt נ aut י, ſuperaddendumque ה. Quippe dupliciter deficit.

Unica ſi reſtat, Noun *aut* Iod *addito fronti*,
He *fini: radix inde petita venit.*

Proponitur verbi gratia vox יט *tendet*, in qua ſolum ט eſt radicale. Præponendum נ aut י, ſuperaddendum ה, exurget יטה & נטה. יטה non eſt radix, ſed נטה *extendere*, ex quo in futuro יט *extendet*: quia futurum verborum לה ſæpe privatur ſuo ה radicali, ut dictum eſt cap. 12. §. 4.

Proponitur ויכום & *percuſſerunt eos*. Solum כ eſt radicale. Juxta regulas facio יכה & נכה. Prius non eſt radix, ſed poſterius, ſignificatque *percutere*, ex quo ויכום.

Denique proponitur בתורתך *in Lege tua*. ר ſolum radicale eſt: in cujus calce ad-

dendo ה, & in capite י, fit ירה *docere*, *instituere*; ex quo הורה *Lex*.

Advertendum supra dictum esse, cap. scilicet 10. §. 2. verba פא, id est, incipientia per א, interdum istam litteram deperdere. Cum autem quædam ex illis desinant in ה, fit consequens ut regulæ mox propositæ necessario aliquid addendum sit. Cum enim vocabulorum ex hujuscemodi verbis descendentium radix quæritur, non sufficit addere נ vel י fronti, sed interdum addendum est א, ut eorum vera radix habeatur.

Exemplo sit ותֵּפֵהוּ 1. Sam. 28. 24. *&* *coxit eum*. Solum פ est radicale. נפה non est radix, יפה *pulchrum esse*, non quadrat. Facio אפה, & Lexicon docet me אפה esse radicem vocis ותפהו.

Occurrit vox התיו Isa. 21. 14. *venite*. Solum ת est radicale. יתה, נתה non sunt radices, Facio אתה, & habeo radicem vocis התיו.

Legitur אל תבא Prov. 1. 10. ad verbum *ne venias*: sed volunt multi vocem illam descendere ab אבה *velle*, *acquiescere*, ut sensus sit, quem 70. & Vulgata expresserunt, *ne acquiescas*: nec repugnant investigandæ radicis regulæ. Notum enim est verba לה non raro suum ה mutare in א. Notum est aliunde verba quæ incipiunt ab א, interdum istud א deperdere. Non

peccant ergo contra regulas qui תבא deducunt ab אבה.

Verum ſimul advertendum eſt rariſſima eſſe ejuſcemodi exempla, nec a me ulla præter iſta tria, & vocabulum הוי *deſiderium meum* (quod nonnulli derivant ab אוה *deſiderare*) eſſe reperta. Nulla ergo ex hoc capite Tyronibus poſt obſervationem hanc hæſitandi anſa.

I I.

Altera ratio inveſtigandæ radicis.

BREVIOR & fortaſſe facilior videbitur hæc ſecunda inveſtigandæ radicis ratio.

Removendæ ſunt a dictione litteræ omnes quæ ad radicem nullo fere negotio noſcuntur non pertinere. Tales ſunt litteræ quibus formantur genera, numeri, caſus, perſonæ, tempora, conjugationes, nomina verbalia, affixa, præpoſitiones בכלם, & quædam hujuſmodi. Res exemplis fiet clarior.

Datur vox ונקראתם *& vocabimini*. Statim agnoſco תם eſſe ſyllabam formativam ſecundæ perſonæ maſculinæ pluralis præteriti. Eam ergo reſeco. Reſtat ונקרא. ו eſt conjunctio copulativa, נ formativa Niphal; quibus reſectis, reſtat קרא *vocare*, radix dictionis propoſitæ.

Datur בארצותיכם *in terris vestris*. יכם est pronomen affixum secundæ personæ pluralis masculinæ. ות est formativa fœmininorum pluralium, ב una ex præpositionibus בכלם, quæ significat *in*. Quibus relectis, restat ארץ *terra*, radix vocis hujus.

Datur למבראשונה *Inde a principio*, ונה una est ex formativis nominum verbalium; ל מ ב tres sunt præpositiones ex quatuor בכלם. His amotis, remanet ראש *principium*.

Quæritur radix באשמתנו *in peccato nostro*. נו est affixum, ת nota fœminini loco ה. ב præpositio. Restat אשם *peccatum*.

Quæritur radix והאכלתי *& comedere feci*. תי est formativa primæ personæ præteriti numeri singularis; ו est conjunctio, ה nota conjugationis *Hiphil*. Quibus demtis, restat אכל *comedere*.

Si demtis radicum crementis & augmentis omnibus, plures litteræ supersunt quam tres, argumentum est radices pluribus constare litteris quam tribus. Exemplum. בקרדמותיהם *in securibus suis*. Demtis affixo יהם, formativa pluralis ות, & præpositione ב, superest קרדם radix בקרדמותיהם.

Si non supersunt tres litteræ, aut radix non constabit tribus litteris, aut erit e numero vocum deficientium, quo in casu agen-

agendum erit ut docent versus allati paragrapho præcedenti.

Exempla primi casus. מידכם. Demtis affixo כם & præpositione מ, restat יד *manus*, radix vocis מידכם *de manibus vestris*. גגותיהם *tecta eorum*. Demtis affixo יהם, & plurali ות, restat גג *tectum*. איים *Insulæ*. Demto ים plurali, restat אי *Insula*. אחיהם *frater eorum*. Sublato יהם, restat אח *frater*, &c.

Exempla secundi casus. להודיעך *ad indicandum tibi*. ך est affixum secundæ personæ, י est formativum *Hiphil*, הו alterum formativum *Hiphil* in verbis *Phe iod*, ל nota gerundii. Restat דע. Est ergo vox defectiva, cui si præponatur י, fiet ידע *scire*, radix vocis propositæ.

Datur vocabulum מבנותיכם *de filiabus vestris*. Demamus יכם affixum plurale secundæ personæ. Demamus particulam ות formativam pluralium fœmininorum. Demamus præpositionem מ, restabit בן, cui successive præponendo ב aut י, inserendo ו, duplicando secundam, ac tandem addendo ה in fine, fiet בנה *ædificare*, radix בנות *filiæ*.

Datur התוו *designaverunt*. ו est formativa tertiæ personæ pluralis. ה est formativa *Hiphil*. Restat תו, cui addendo ה, fit תוה *signare*, radix התוו.

Datur איותיך *desideravi te*. Demo affi-

xum ך. Demo יתי formativam primæ personæ singularis præteriti. Restat או. Ergo radix hujus verbi est אוה. Nam ex dictis cap. 12. §. 4. formativa יתי propria est verbis desinentibus in ה.

Datur תכו *percutiemini*. Isa. 1. 5. Demo ו & ת formativas secundæ personæ pluralis futuri. Restat כ. Ergo residuum istud dupliciter defectivum est. Ergo radix illius est נכה *percutere*.

Datur eadem vox תכו Deut. 33. 3. Sensus loci non patitur ut descendat a נכה *percutere*. Post aliquot circuitus, efficio תוך *medium*, & video eo loci תכו descendere a תוך, significareque *in medio positi sunt*, *adjuncti sunt*.

Observabitur in transcursu duas illas voces תכו *percutiemini*, & תכו *in medio positi sunt*, habere eadem puncta Massorethica, etsi a dissitis radicibus descendant.

Datur מתודה *confitens*. Demto מת formativo participii *Hithpael*, restat ודה, quod aliunde quam ex ידה non potest deduci.

Denique datur הורני. כי est affixum primæ personæ. הו est formativum vocis *Hiphil* in verbis *Phe iod*. Restat ר. Ergo ei præmittendum est י, & postponendum ה; radixque vocis הורני est ירה *statuere*, verbum dupliciter defectivum.

Quod ſpectat verba quatuor aut quinque litterarum, notandum eſt ea duplicis eſſe generis. Vel enim conſtant litteris diverſis, ut פרשן *expandit*, כרסם *exterminavit*, סרבל *operuit*, &c. quo in caſu nihil facilius quam radicem detegere. Vel conſtant quatuor aut quinque litteris, quia unam aut alteram radicis litteram duplicant, ut סחרחר *circuivit*, כלכל *ſuſtentavit*, ערער *excitavit*, צאצאים *prognati*, &c. Hoc etiam in caſu facile eſt vocis radicem dignoſcere. Nam in verbis quinque litterarum duas litteras duplicantibus, ſi duæ geminatæ tollantur, vera remanebit radix. Si ex סחרחר tollatur חר, remanebit סחר, radix סחרחר. Idem dicendum de חמרמר *conturbavit*, הפכפך *ſubvertit*, ירקרק *ſubviridis*, אדמדם *ſubrufus*, &c. derivantur enim ex המר, הפך, ירק, אדם. In verbis vero quatuor litterarum duas item geminantibus, ſublatis duabus geminatis, reſtabunt duæ litteræ radicales, quibus præmittendo נ aut י, aut inſerendo ו, aut poſtponendo ה, aut denique ſecundam duplicando, vera radix exurget. Exempli cauſa, ex voce צאצאים tollendo geminatas, fit צא, cui addendo י, fit יצא *exire*, radix צאצאים *prognati*. כלכל *ſuſtentavit*, a כול *ſuſtentare*. קרקר *deſtruxit*, a קיר *paries*. ערער *nudavit*, ab ערה *idem*. גלגל *volvere*, a גלל *idem*.

Voces ex pluribus compositæ nihilo plus facessunt difficultatis. Cum paucissimæ sint, compendiosius est hortari ut memoriæ infigantur, quam earum causa regulas regulis addere. Sunt autem צלמות Isa. 9. 2. *umbra mortis*, id est, densissima, a צל *umbra*, & מות *mors*. בליעל Deut. 13. 13. *rebellis*, ab. על *jugum*, & בלי *sine*, quasi *sine jugo*. עבטיט Habac. 2. 6. quasi עב טיט *densum lutum*. תלפיות Cant. 4. 4. *locus ad arma suspendenda*, a תל *suspendere*, & plurali פיות a singulari פה *acies*. שנהבים 1. Reg. 10. 22. a שן *dens*, & הבים a Thargumistis per elephantum reddito, ut sensus vocis sit *dentes elephantorum*. חריונים 2. Reg. 6. 25. quasi חרי יונים *excrementa columbarum*, cui voci, quam obscœnam putant Massorethæ, substituunt דביונים ejusdem sensus, a דב originis Chaldaicæ, pro Hebraico זוב *fluxus*. שלהבתיה Cant. 8. 6. *flamma Dei*, id est, ardentissima, ex שלהבת *flamma*, & יה nomine Dei. מאפליה Jer. 2. 31. *caligo Dei*, id est, densissima, a voce אפל *caligo*, & eodem Dei nomine. אריאל 2. Sam. 23. 20. *leo fortissimus*, ex ארי *leo*, & אל *Deus*. שקערורות Levit. 14. 37. *profunditates fœdæ*, ex שקע *deprimi*, & ריר *salivavit*, quasi profunditates salivantes, seu saniosæ. פרשדנה Jud. 3. 22. quibusdam locus excrementis recipiendis, a פרש *fimus*, *stercus*, & Chaldaico שדה *effundere*.

Idem etiam dicendum de vocibus, ex quibus ablata eſt aliqua littera radicalis, aut quibus eſt aliqua addita contra conſuetas regulas; nimirum compendioſius eſſe earum catalogum tenere, quam illarum cauſa regulas regulis addere. Tales ſunt חטה, חטים *triticum*, cujus radix per regulas ſupra memoratas haberi non poteſt, cum deſcendat a radice חנט *edidit*, *protulit*, per ſubſtractionem litteræ נ. אף *facies*, cujus radix eſt אנף, ſuppreſſo ſimiliter נ. אמת *veritas*, ab אמן, unde אמנת, & per contractionem, אמת. בת *filia*, per ſimilem contractionem, pro בנת, a בנה *ædificare*. שתים *duo*, a שנה *iterare*. E contra קנצי *Principes*, radicem habent קצה. שלאנן *tranquillus*, fit a שאנן. נכאת & נכאות *aromata*, a נכת.

Antequam capiti huic finis imponatur, notandum eſt facillime errari in inveſtigandis Hebraicorum vocabulorum radicibus. Plurima enim poſſunt ex diverſis radicibus deduci, ſæpeque nullum adeſt ſatis apertum indicium, quo dignoſcatur, ex qua radice reipſa derivanda ſint. Exemplo ſit vox שבת. Nomen forte eſt ſignificans *Sabbathum*, ut Exod. 16. 25. Forte infinitivus eſt verbi huic nomini reſpondentis, *quieſcere*. Forte præteritum eſt hujus verbi *quievit*, ut Gen. 2. 3. Forte participium eſt ejuſdem verbi. Forte infi-

nitivus verbi ישב *habitare*, ut Gen. 16. 3. Forte ſecunda perſona præteriti verbi שוב *reverti*, aut participium illius fœmininum. Forte participium eſt fœmininum verbi שבה *captivum ducere*. Forte infinitivus eſt verbi נשב *ſufflare*. Forte denique infinitivus verbi שוב *caneſcere*, aut perſona aliqua præteriti, vel etiam participium ejuſdem verbi. Ea enim dictio שבת ex his omnibus radicibus poteſt deſcendere.

Ut res adhuc clarior fiat, addamus exempla alia ex ſacro textu. Vox מוסרי habetur Pſal. 116. 16. & Prov. 10. 8. Pſalmo 116. ſignificat *vincula*, deſcenditque ab אסר *vincire*. Proverbiorum vero 8. ſignificat *eruditionem*, *doctrinam meam*, deſcenditque vel ab יסר *erudire*, vel a מסר *tradere*. Pſal. 15. 4. נשבע להרע, juxta 70. & Vulgatam להרע deſcendit a radice רעה *proximus*, & ſenſus eſt, *qui jurat proximo*, *& non decipit*. Juxta nonnullos להרע infinitivus eſt verbi רוע, uti revera eſt Gen. 31. 7. ſignificatque *ad malefaciendum ſibi*, *ad affligendum ſe*. Legitur 2. Paral. 10. 2. & 1. Reg. 12. 2. וישב. Vox iſta, ſi ſola ſpectetur, ambigua eſt. Poteſt enim deſcendere & ab ישב *habitare*, *manere*, & a שוב *reverti*. Si vero ſpectetur cum adjunctis, non eſt ambigua. Sic enim habetur 2. Paral. 10. 2. וישב ירבעם

ממצרים, quod ob præpositionem מ, non poteſt aliter verti quam, *& reverſus eſt Jeroboam de Ægypto*. Primo vero Reg. 12. 2. habetur וישב ירבעם במצרים, quod ob præpoſitionem ב vertendum eſt, *& habitavit*, vel *habitaverat*, ſive *manſerat Jeroboam in Ægypto*.

Quanam ergo regula dignoſcetur, a qua radice vocabula quædam deſcendant, & conſequenter quæ ſit eorum genuina ſignificatio? Procul dubio locorum exigentia, antiquarumque Verſionum auctoritate. Verum cum non ſemper concordent antiquæ Verſiones, locique exigêntia diverſa diverſis videatur, hinc eſt quod tam ſæpe diſſentiunt vel optimi Scripturæ Interpretes. Quod potiſſimum contingit, cum radices, e quibus vox aliqua deducitur, non admodum diſcrepantem habent ſignificationem, aut ſaltem eam habent, quæ non gignit ſenſum incommodum.

Legitur 1. Sam. 15. 5. *Et venit Saul uſque ad civitatem Amalek*. וירב בנחל. 70. & Vulgata vertunt, *Et inſidias poſuit in torrente*, deducendo verbum ירב a radice ארב *inſidias ponere*. Plerique recentiorum vertunt, *& contendit*, *& certavit in torrente*, deducendo vocem ירב a radice רוב *contendere*, *litigare*. Senſus utrobique non malus, licet prior videatur præferendus.

Deut. 32. 26. legitur אפאיהם ? אשביתה מאנש זכרם. Vulgata vertit: *Ubinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum*; vocem אפאיהם deducendo a radice פה *hic*, unde אפוא *ubi*, *ubinam*. Septuaginta vero, quibus concordant recentiorum plerique, verterunt διασπερῶ αὐτὰς, *dispergam eos*, vocem אפאיהם deducendo a radice פאה *angulare*, *in angulos dispergere*, unde formant futurum אפאה, & cum affixo plurali tertiæ personæ אפאיהם *dispergam eos angulatim*, *profligabo eos in quosvis angulos*, *in quasvis terræ extremitates dispergam*. Psal. 74. 3. *Leva manus tuas*, למשאות Vulgata post 70. & cum Hieronymo vertit *in superbias*, vocem illam derivando a נשא *elevare*, unde משאת *elatio*, *elevatio*, *superbia*. Recentiorum plerique vertunt *in desolationes*, eamdem vocem deducendo a שאה *vastare*, *desolari*. Psal. 9. 7. אבד זכרם המה. *Periit memoria eorum cum sonitu*. Ita Vulgata, quæ sicut & 70. vocem המה deducit ab המה *tumultuari* Plerique recentiores post Hieronymum vertunt, *periit memoria eorum cum ipsis*, deducentes vocem המה a pronomine הוא. Psal. 78. 69. ויבן כמורמים מקדשו *Et ædificavit sicut excelsa* (vel in excelsis, si eo loci כ positum sit pro ב, quod non est omnino improbabile) *sanctuarium suum*; ita plerique vocabulum רמים deducentes a radice רום

excelſum. Vulgata vero eamdem vocem deduxit a radice ראם *unicornis*, & vertit: *Et ædificavit ſicut unicornium ſanctuarium ſuum*.

Solito longius, & fortaſſe ſcrupuloſius de radicis inveſtigatione egimus: non quod ea difficultas ſit in noſtra Methodo major quam in Maſſorethica; (utrobique enim æqualis & prorſus eadem eſt) ſed quod in noſtra Methodo nulla fere alia ſit alicujus momenti. In Maſſorethica autem tot aliæ ſunt, tantoque graviores, ut iſta cum aliis collata parvi facienda videatur, & revera parvi fiat. Immo ut tota evaneſcat, (etſi prolixitatis vitium inde nobis objiciendum ſentiamus) in hujuſce Grammaticæ fine, vocabulorum, quorum radix minus obvia eſt, indices ſubnectere non reformidabimus: ſecuri ex iis perceptum iri a noſtris Hebraizantibus eumdem fructum, quem ipſi percepimus.

CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

Synopsis præcipuarum textus Hebraici Anomaliarum juxta ordinem Biblicum.

EXCERPSIMUS quem damus indicem primo ex Sixtini Amamæ Coronide ad Grammaticam Martinio Buxtorfianam, in qua specialium ejuscemodi Anomaliarum *rarius*, ut ait, *occurrentium* per ducentas fere paginas plusquam duo millia ordine Biblico indicat, & paucis explicat. (Nota *rarius occurrentium*, & collige quis futurus fuisset numerus, si omnes observasset.) Secundo. Ex Grammaticæ Johannis Avenarii parte tertia, qua earumdem Anomaliarum continetur centum paginarum catalogus ordine Alphabethico.

Decuplo & amplius brevior est index noster. Continet tamen quicquid notandum occurrit non tantum apud Avenarium & Amamam, sed & Domnum Guarinum & alios: nullumque fere vocabulum in sacro textu irregulariter scriptum, notatuque dignum prætermittit.

Tanti discriminis ratio est, quod ab aliis indiscriminatim collectæ sint irregu-

laritates non solum ex ipsis characteribus, quæ facile numerantur, sed & ex punctis fluentes, quæ innumeræ sunt: a nobis vero eæ solummodo quæ ex characteribus ortum ducunt. Inde autem prudentes rerum æstimatores concludent novam Grammaticam vel ex eo capite veteri esse anteponendam, quod absque ullo veritatis commoditatisque dispendio, tot anomaliarum myriadas, in quibus enucleandis & enodandis cœcutiunt, fatentibus omnibus, etiam ipsi Rabbinorum doctissimi, uno veluti ictu expungat & exsufflet.

Ideo autem investigationi radicis indicem nostrum subnexuimus, quod non parum conferat ad detegendas vocabulorum anomalorum radices. Capiti tamen huic, sicut & sequenti ne immorentur Tyrones, priusquam interpretationi aliquamdiu operam navaverint.

Gen. 11. 30. ולד pro ילד *filius*.

30. 11. בגד pro בא גד *venit turma*.

49. 10. שילה vox difficilis potius quam irregularis. Qui eam deducunt a שלה *tranquillum esse*, non facile explicant, cur in ea י insertum sit.

49. 11. סותה *vestimentum*, vox similiter difficilis. A plerisque deducitur a כסה *operire*, suppresso כ; sed nullum aliud ejuscemodi suppressionis occurrit exemplum.

Alii vocem illam deducunt a radice סות, quæ, inquiunt, ſemel in Scripturis reperitur. Dici poteſt סותה eſſe pro כסותה, כ per Amanuenſium inadvertentiam omiſſo.

Exod. 2. 4. בלבת pro בלהבת *in flamma.*

5. 7. תאספון pro תוספון *addetis*, א poſito pro ו, cum radix ſit יסף *addere*.

15. 5. יכסימו pro יכסומו *operient eos*.

17. 16. כס per apocopen א, pro כסא *ſolium*.

25. 31. תיעשה pro תעשה *facies*: mendum quo carent tum textus Samaritanus, tum plurimi Codices manuſcripti antiqui. *Vidi Libros*, inquit Aben Eſra in hunc locum, *quos examinaverunt Sapientes Tiberiadis, & de quibus juraverant quindecim ex ſenioribus eorum, quod tribus vicibus diligenter conſideraverant omnem dictionem, omnem punctationem, & unamquamque vocem plenam & defectivam; & ecce ſcriptum erat Iod in dictione תיעשה: ſed non ſic inveni in Libris Hiſpaniæ & Galliæ, nec in ultramarinis.*

Levit. 21. 5. לא יקרחה pro לא קרחו *non decalvabunt*: mendum graphicum.

Num. 32. 24. לצנאכם pro לצאנכם *pecori veſtro*, per mendoſam litterarum א & נ tranſpoſitionem.

34. 10. והתאויתם & *determinabitis*, a תאה, ו inſerto poſt ſecundam radicalem contra morem verborum לה.

Deut. 3. 11. הלה pro הלא *nonne?*

11. 12. מרשית pro מראשית *a principio.*

24. 11. משאת *mutuum*, a נשה *mutuo dare*: quasi a נשא. Verba לה & לא formas facile permutant.

33. 16. תבואתה pro תבוא *venies*; quasi תבוא אתה.

33. 21. ויתא pro ויאת *& venit.*

Jos. 10. 24. ההלכוא pro ההלכו *qui venerant.*

Jud. 12. 3. ואישמה pro ואשימה *& posui,* י extra locum posito.

1. Sam. 1. 17. שלתך pro שאלתך *petitio tua.*

4. 19. ללת pro ללדת *ad pariendum.*

15. 9. נמבזה pro נבזה vel מבזה *vilis.*

18. 29. ויאסף pro ויסף vel ויוסף *& addidit*, א contra regulam inserto, ut supra in תאספון.

20. 2. לו pro לא *non*, & alibi sæpe.

25. 8. בנו pro באנו *venimus*, א omisso, ut verisimile est, per Amanuensis incuriam.

25. 18. עשוות pro עשויות *factæ.*

25. 34. תבואתי pro תבואי *venies tu fœm.* quasi תבוא אתי.

27. 10. אל pro אן *Quo?*

2. Sam. 11. 1. מלאכים pro מלכים *Reges.*

12. 1. ראש pro ריש *pauper*, ob reciprocam commutationem litterarum אוי.

14. 19. אש pro איש *vir*, vel יש *est.*

14.30. הציתיה pro הציתוה *incendite eam.*

18. 8. מלחמה נפוצת pro מלחמה נפצות *bellum dispersum.*

20. 5. וייחר pro ויאחר & *distulit*, א mutato in י.

20. 14. ויקלהו pro ויקהלו & *congregati sunt.*

22. 26. תתפל pro תתפתל *finges te perversum.*

1. Reg. 7. 45. האהל pro האלה *ista.*

12. 12. ויבו pro ויבוא & *venit.*

2. Reg. 24. 15. אולי pro אילי *fortes.*

1. Par. 12. 28. שרית pro שארית *reliquiæ.*

2. Par. 8. 18. אוניות pro אניות *naves.*

34. 4. מזבחותים pro מזבחותם *altaria eorum*, י per errorem introducto.

Esdr. 4. 4. מבהלים pro מבהלים *conturbantes*. Utrumque bonum est.

8. 17. ואוצאה pro ואצוה & *præcepi.*

10. 16. לדריוש pro לדרוש *ad quærendum.*

Nehem. 3. 13. השפות pro האשפות *stercora.*

13. 16. דאג pro דוג *piscis.*

Job. 3. 26. שלותי pro שליתי *tranquillus fui.*

4. 19. ידכאום לפני עש. Legendum videtur ידכאו מלפני עש *conterentur a tinea.*

15. 31. בשו pro בשוא *in vanitate.*

21. 23. שלאנן pro שאנן *tranquillus.*

29. 6. בחמה pro בחמאה *in butyro.*

42. 13. שבענה pro שבעה *septem.*

Pſal. 8. 8. צנה pro צאנה *pecora*.

16. 5. תומיך pro תומך *ſuſtentans*.

19. 14. איתם pro אתם *ero perfectus*, a verbo תמם; niſi dicatur cum Avenario איתם eſſe a verbo יתם.

22. 17. כארי pro כרו vel כארו *foderunt*.

38. 9. נחתו pro נִחֲתוּ *infixæ ſunt*.

44. 20. תנים pro תנינים *ſerpentes*, a ſingulari תנין. Idem Mich. 1. 8.

49. 15. וצירם pro וצורם & *figura eorum*.

64. 7. תמנו, juxta quoſdam, pro תממו *defecerunt*.

73. 2. שפכה pro שפכו *effuſi ſunt*.

92. 11. כראים pro כראם *ſicut monocerotis*.

139. 6. פליה pro פליאה *mirabilis*.

139. 21. ובתקוממיך pro ובמתקוממיך & *in inſurgentes in te*.

141. 5. יני pro יניא *frangat*, a נוא *frangere*.

Prov. 3. 15. מפניים pro מפנינים *præ margaritis*.

11. 3. ושדם pro ישדם *vaſtabit eos*.

13. 23. ראשים pro רשים *pauperes*, ſicut ſupra 6. 11. ראשיך *pauperes tui*.

30. 14. מתלעותיו pro מלתעותיו, a לתע *dentes molares*. Notandum tamen hanc vocem ter in ſacro textu reperiri ſub hac forma מתלעות; Job. 29. 16. Joel. 1. 6. & Prov. 30. 14. ſemel vero ſub iſta מלתעות; nempe Pſal. 58. 7.

Eccl. 4. 14. הסורים pro האסורים *vincti*.

11. 3. יהוא pro יהיה *erit*.

Cant. 3. 5. בצבאות a צבי *per capreas*.

2. 6. תימרות pro תמרות *palmæ*.

Isa. 3. 8. עני pro עיני *oculos*.

5. 29. ושאג pro ישאג *rugiet*, ficut וילד & ושדם.

15. 5. יעערו pro יערו, uti legitur Job. 14. 12. & Jer. 50. 40. *vociferabuntur*.

16. 9. אריוך pro ארוך *irrigabo te*, a רוה.

16. 14. בלהה pro בהלה *terror*. Utrumque dici poteft.

29. 7. צביה pro צבאיה *bellatores ejus*.

30. 21. תאמינו pro תימינו *ad dexteram ibitis*, ab ימן; ficut Exod. 5. 7. תאספון pro תיספון.

44. 24. מיאתי pro מאתי *a me*.

61. 6. תתימרו pro תתאמרו *prædicabitis vos ipfos*.

Jerem. 6. 29. מאשתם pro מאש תם *igne confumitur*.

10. 5. ינשוא pro ינשאו *portabuntur*.

15. 10. מקללוני pro מקללני *maledicens mibi*.

15. 11. שרותך pro שארותך *refiduum tuum*.

25. 27. וקיו pro וקאו & *vomite*.

29. 23. היודע pro הוידע *cognofcens*.

30. 16. שאסיך pro שסיך *diripientes te*, a שסה.

42. 20. התעיתם pro התעתים *feciftis errare*, a תעה.

52. 15. האמון pro ההמון *turba*.

Ezech.

Ezech. 1. 14. רצוא pro רוץ vel רצה *currere*.

8. 16. משתחויתם pro משתחוים *adorantes.*

9. 8. ונאשאר pro ואשאר & *relictus sum*, נ per incogitantiam inserto.

16. 50. תגבהינה pro תגבהנה, י inserto post ה. גבה est ex verbis לה, quæ suum ה ubique retinent.

43. 11. מובאיו pro מבואיו *introitus ejus.*

47. 13. גה גבול pro זה גבול *hic terminus*. Mendum graphicum ג pro ז.

Ose. 4. 6. ואמאסאך pro ואמאסך & *reprobavi te*.

11. 3. תרגלתי pro הרגלתי *ambulare feci*. Mendum graphicum ת pro ה.

Amos. 5. 11. יען בושסכם *propter conculcare vos*. בושסכם pro בוססכם. *Poel Ain ouau*. ש pro ס; quod non infrequens.

8. 8. כאר pro כיאור *sicut fluvius*.

8. 10. התפלשתי pro התפלשי *involve teipsam*. ת superfluum, non primi scribentis consilio, sed Amanuensis errore. Quanquam sagaciter conjicit Guarinus vocem esse compositam ex התפלשי, & אתי, quasi התפלשי אתי *volutare tu fœm*.

6. 10. האש pro היש *An est?*

Zach. 5. 11. והניחה & *deponatur*, ab ינח participium *Hophal*, pro הנחה, י contra regulam inserto.

CAPUT VIGESIMUM-TERTIUM.

De Chaldaiſmis & Syriaſmis Hebraici textus.

PRÆTER capita quædam Danielis & Eſdræ, & verſum 11. capitis 10. Jeremiæ, occurrunt in textu Hebraico nonnullæ voces mere Chaldaicæ. Legitur Prov. 31. 2. ברי *Fili mi*, & Pſal. 2. 12. נשקו בר *oſculamini filium*. Utrobique בר Chaldaicum loco Hebraici בן. Iſa. 14. 4. מדהבה *aurea*, pro Hebraico מזהבה, a זהב *aurum*. Iſa. 15. 5. יעערו volunt plurimi eſſe a Chaldaico עער *clamare*. Pſal. 139. 17. ולי מה יקרו רעיך אל vertit Vulgata: *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui, Deus;* quia vocem רעיך ſumſit ſenſu Hebraico. At Chaldæis vox רעי ſignificat *cogitationes:* unde vertunt multi: *Et mihi quam pretioſæ fuerunt cogitationes tuæ. Apud me quam magnificæ ſunt cogitationes tuæ, Deus.* Reperiuntur nonnulla alia loca ſimilia.

Verum de hujuſcemodi Chaldaiſmis non eſt hic ſermo. Loquimur de vocibus vere Hebraicis, quæ nihilominus flexionem habent Chaldaicam, & ea de cauſa ab Hebraica diſſentientem. Verſantur

autem ejuſcemodi Chaldaiſmi tam circa nomina & pronomina, quam circa verba.

I. Pluralia maſculina Hebraica terminantur in ים. Chaldaica & Syriaca in ין. Hinc

מלין Job. 12. 11. pro מלים *ſermones*; & ibidem ſæpius.

חיין Job. 24. 22. pro חיים *vita*.

אחרין Job. 31. 10. pro אחרים *alii*.

מלכין Prov. 31. 3. pro מלכים *Reges*.

רצין 2. Reg. 11. 13. pro רצים *curſores*.

צירנין 1. Reg. 11. 33. pro צירנים *Sidonii*.

שממין Thren. 1. 4. pro שממים *deſolati*.

תנין Thren. 4. 3. pro תנים *dracones*.

חטין Ezech. 4. 9. pro חטים *triticum*.

איין Ezech. 26. 18. pro איים *inſulæ*.

ימין Dan. 12. 13. pro ימים *dies*.

עיין Mich. 3. 12. pro עיים *acervi*.

II. Nomina quæ apud Hebræos terminantur in ה, apud Chaldæos & Syros terminantur in א. Hinc

תחרא Exod. 28. 32. & 39. 23. pro תחרה *thorax*.

זרא Num. 11. 20. pro זרה *faſtidium*.

מרא Ruth. 1. 20. pro מרה *amara*.

נשא 1. Sam. 22. 2. & Iſa. 24. 2. pro נשה *fænerator*.

מקוא 2. Paral. 1. 16. pro מקוה *congregatio*.

שנא Pſal. 127. 7. pro שנה *ſomnus*.

הכסא Prov. 7. 20. pro הכסה *operimentum*.

חגא Isa. 19. 17. pro חגה *commotio*.

מרפא Jer. 38. 4. pro מרפה *debilitans*.

כמטרא Thren. 3. 12. pro כמטרה *ficut scopus*.

קרחא Ezech. 27. 31. pro קרחה *calvities*.

גבהא Ezech. 31. 5. pro גבהה *excelsus*.

כלא Ezech. 36. 3. pro כלה *totus*.

חמא Dan. 11. 14. pro חמה *ira*.

Hinc etiam juxta nonnullos הוא Job. 37. 6. pro הוה *esto*, יהוא Eccl. 11. 3. pro יהיה *erit*. דשא Jerem. 50. 11. pro דשה *triturans*.

III. Legitur Gen. 11. 30. & 2. Sam. 6. 23. ולד *filius*. Nisi sit Amanuensis error, Chaldaismus est. Chaldæis enim ולד idem est ac Hebraicum ילד. Ezech. 33. 30. חד Chaldaicum pro Hebraico אחד *unus*. Cant. 8. 6. שלהבת pro Hebraico להבת *flamma*.

IV. Reperiuntur affixa Chaldaica juncta nominibus Hebraicis. Id frequentissime fieri asserunt, qui ad puncta Massorethica attendunt. Verum in nostra Methodo duo tantummodo exempla reperire fuit. תגמולוהי Psal. 116. 12. pro תגמוליו *retributiones ejus*. Affixum והי pro ו. אתיקיהא *peristylia ejus*. Ezech. 41. 15. pro אתיקיה. הא pro ה: nisi dicatur eo loci א esse mere paragogicum.

V. Conjugationum *Hiphil* & *Hithpael* characteristica Hebræis est ה, Chaldæis & Syris א. Hinc

אגאלתי Isa. 63. 3. pro הגאלתי *pollui*.

אשכים Jerem. 25. 3. pro השכים *mane surgere*.

אתחבר 2. Par. 20. 35. pro התחבר *consociavit se*.

אשתוללו Psal. 76. 6. pro השתוללו *spoliati sunt*.

אברך Gen. 41. 43. pro הברך, juxta nonnullos, *flecte genua*.

האדרש Ezech. 14. 3. pro ההדרש *an requirendo*.

והאזניחו Isa. 19. 6. pro והזניחו *elongare facient*, cum utraque characteristica, Hebraica & Chaldaica.

VI. Apud Hebræos characteristica futuri perimit characteristicam conjugationis *Hiphil*; non vero apud Chaldæos & Syros. Hinc

יהילילו Isa. 52. 5. pro ייליליו *ejulabunt*.

יהושיע Psal. 116. 6. pro יושיע *salvabit*.

יהודה Nehem. 11. 17. pro יודה *confitebitur*.

אהודנו Psal. 28. 7. pro אודנו *celebrabo eum*.

יהודוך Psal. 45. 18. pro יודוך *celebrabunt te*.

Eadem characteristica manet in participio. Ezech. 46. 22. מהקצעות pro מקצעות *angulatæ*.

VII. Media radicalis verborum עו apud Chaldæos & Syros ſæpe mutatur in א. Hinc juxta nonnullos

וקאם Oſe. 10. 14. pro וקום *& ſurget*.

וראמה Zach. 14. 10. pro ורומה *& exaltabitur*.

ראמות Prov. 24. 7. pro רומות *excelſa*.

השאטים Ezech. 28. 24. pro השוטים *flagellantes*.

השאטות Ezech. 16. 57. pro השוטות *idem*.

ויגאץ Eccl. 12. 5. pro ויגוץ *& florebit*.

Hinc olim Pſal. 22. 17. כארו pro כרו *foderunt*: nunc כארי, ad verbum *fodientes*, י finale poſito pro ו.

VIII. Apud Hebræos participium præteritum ſeu *Paoul* habet ו pro penultima: Apud Chaldæos & Syros habet י, & ideo dicitur *Pehil*. Hinc קריאי Num. 1. 16. pro קרואי *vocati*.

IX. Chaldæi & Syri gerundio מ jungunt ל. Hinc מלבוא Amos. 6. 14. pro מבוא *ab ingrediendo*, *ab ingreſſu*.

X. Chaldæi & Syri multis vocabulis ab Hebræo mutuatis, inſerunt litteram נ. Ex את *tu*, faciunt אנת. Ex אבוב faciunt אנבוב *tibia*; unde *Ambubaiæ*. Ex ארע faciunt אנדע *ſciam*; ex מדע מנדע *cognitio*; unde *Mandaitæ* ſeu *Gnoſtici*. Hinc juxta quoſdam

קנצי Job. 18. 2. pro קצי *fines*.

מעוניה Iſa. 23. 11. pro מעזיה *munitiones ejus*.

תממנו Pſal. 64. 7. pro תמו *defecerunt*. In hac ultima voce נ videtur potius per errorem poſitum pro מ. תמנו pro תממו.

XI. Apud Syros verba duplicantia Ain in Benoni mutant ſecundam radicalem in א: unde ex רגג fit ראג *concupiſcens*, ex רתת ראת *tremens*, &c. Hinc exiſtimant quidam צאלים Job. 40. 21. poſitum eſſe pro צללים *obumbrantes*; שאסיך Jerem. 30. 16. poſitum eſſe pro שסיך *diripientes te*. Verum tot ſunt vocabula in quibus א contra regulas conſuetas inſeritur, ut facilius ſit in his & ſimilibus locis recurrere ad א Epentheticum.

XII. Solemne eſt Syris in verbis עא, id eſt, quorum ſecunda radicalis eſt א, illud א interdum ante primam collocare. כאבש Pſal. 36. 5. *nocebit*, a verbo באש. כאטב Pſal. 41. 2. *beatificabit*, a verbo טאב. Hinc juxta nonnullos, אדוש Iſa. 28. 28. pro דאוש *triturando*. ולאדיב 1. Sam. 2. 33. pro לדאיב; vel potius להדאיב *ad cruciandum*, a verbo דאב.

XIII. Legitur ההלכוא Joſ. 10. 24. pro ההלכו *qui venerant*. אבוא Iſa. 28. 12. pro אבו *voluerunt*. Aiunt nonnulli utrobique א eſſe paragogicum. Nonnulli Arabiſmum ſuſpicantur, eo quod apud Arabes tertia pluralis maſculina præteriti, terminetur in וא; quod nec Samaritanis inſuetum, præſertim cum affixis. Legitur quippe

Gen. 49. 23. שלמואה *oppresserunt eum*.
Num 32. 39. כבשואה *subegerunt eam*.

CAPUT VIGESIMUM-QUARTUM.

De Syntaxi.

Et primo de Syntaxi nominum.

SYNTAXIM Hebraicam in hac editione uberius tractaturi sumus. Lectores tamen præceptorum multitudine non fatigabimus: recreabimus potius selectorum & utilium exemplorum varietate. In iis præsertim capitibus immorabimur, in quibus ab aliarum linguarum Syntaxi discordat Hebraica. Neminem eorum, qui volent penitius nosse, quis sit linguæ sanctæ genius, pigebit, si alicubi in Lexicographorum messem falcem immittimus: multo minus si in aperiendis fontibus, unde in textum Græcum utriusque Testamenti, versionemque Vulgatam irrepserint tot Hebraismi, seu locutiones ab idiomate Græco & Latino aliquantisper abhorrentes. Cum nihil fere de nostro dicamus, nihil necesse fuit quavis occasione indicare, ex quorum studiis profecerimus. Publicos & pervios omnibus

fontes adivimus. In interpretandis quibusdam sacræ Scripturæ locis, recentiorum versiones interdum secuti sumus; sed salvo semper honore Vulgatæ debito: nec ubique quid sentiamus ipsi, sed sæpe quid alii senserint, historice tantummodo proferimus.

I.

De Convenientia nominis substantivi & adjectivi.

I. SUBSTANTIVUM & adjectivum concordare solent genere, numero, & casu. בן חכם *filius sapiens*. תשועה גדולה *salus magna*. שמן טוב *unguentum bonum*.

II. Cum duo substantiva unum habent adjectivum, ponitur illud adjectivum numero plurali. אני, ובני שלמה חטאים 1. Reg. 1. 21. *Ego & filius meus Salomon peccatores*.

III. Cum duo substantiva diversi generis idem habent adjectivum, illud adjectivum generis est masculini. בניו, ובנותיו אכלים, ושתים Job. 1. 13. *Filii ejus, & filiæ ejus comedentes, & bibentes*. חקים ומצות טובים Nehem. 9. 13. *Statuta & præcepta bona*.

IV. Interdum tamen adjectivum concordat genere & numero cum proximiori substantivo. אפי, וחמתי נתכת Jerem. 7. 20,

Vultus meus & excandeſcentia mea fuſa eſt. Idem fit apud Latinos: *Gens univerſa Veneti appellati.*

V. Interdum etiam ſubſtantivum & adjectivum genere & numero differunt. עונות ראשונים Pſal. 79. 8. *Iniquitates priſtini* ſeu *priores.* מבשלות עשוי Ezech. 46. 23. *Culinæ facti.* ארחותיהם עקשים Prov. 2. 15. *Viæ eorum perverſi.* כל יהודה באים Jerem. 7. 2. *Omnis Juda venientes.* והעם מחללים 1. Reg. 1. 40. *Et populus cantantes.* לחם סתרים Prov. 9. 17. *Panis abſconditi.* קשת גברים חתים 1. Sam. 2. 4. *Arcus* (in ſingulari) *fortium fracti ſunt*, pro *fractus eſt.* ערת אילים מאדמים Exod. 25. 5. *Pelles arietum rubricati*, pro *rubricatæ.* אררך, ארור ומברכיך, ברוך. Gen. 27. 29. *Maledicentes te maledictus: & benedicentes te benedictus.*

Eſt autem circa locutiones iſtas animadvertendum, non omnes eſſe irregulares. Cum enim verbi gratia ſubſtantivum ſingulare collectivum jungitur adjectivo plurali, ſimplex eſt ſyllepſis, conſtructioque fit juxta ſenſum potius quam juxta verba; cum hujuſcemodi voces, tametſi ſingulares, multitudinem deſignent. Nulla ergo eſt irregularitas proprie dicta in his ſimilibuſve locutionibus, *omnis Juda venientes, populus cantantes*, &c. Figura eſt tantummodo ipſis etiam Latinis

usitata. *Turba ruunt, pars mersi tenuere ratem*. Nec dubium quin ea aut simili ratione congrue explicari possint quamplurimæ locutiones, quæ prima fronte videntur irregulares. At idem de omnibus asseri non potest, uti concedent qui vel unum sacri textus Librum accurate evolverint.

Quæ hic de adjectivis dicuntur, & de participiis dici censenda sunt.

I I.

De Regimine nominis substantivi.

I. NOMINA substantiva post se regunt genitivum.

Cognoscitur autem nomen esse in genitivo,

Primo. Cum substantivum præcedens est in statu regiminis, de quo actum est cap. 2. §. 7. id est, cum substantivum præcedens deperdit suum ם finale, si sit plurale masculinum; aut quando mutat ה in ת, si sit singulare fœmininum desinens in ה. זקני ישראל *Senes Israelis*. מנת שועלים *Pars vulpium*.

Secundo. Cum ei præfigitur littera ה, quæ frequenter est nota genitivi. חצר הכהנים *Atrium Sacerdotum*. עץ החיים *lignum vitæ*.

Tertio. Sola connexione nominis utriuſ-

que, ac ſenſus exigentia. Jam enim notatum eſt ſtatum abſolutum ſæpe poni pro ſtatu regiminis, & viciſſim; litteramque ה quibuſvis caſibus jungi poſſe perinde ac genitivo. Sic in exemplis ſequentibus, בית יהוה *Domus Domini*, גדרות צאן *caulæ ovium*, ארך ימים *longitudo dierum*; ſola nominum connexione, locique exigentia dignoſcitur ſubſtantivorum alterum eſſe in genitivo caſu.

II. Cum plura ſubſtantiva junguntur per conjunctionem ו, interdum nomen ſequens recte per genitivum exprimitur. והיו לאותות, ולמועדים, ולימים, ושנים Gen. 1. 14. ad verbum: *& ſint in ſigna, & in tempora, & in dies, & annos*. Rectius: *ſint in ſigna temporum, dierum, & annorum*. ארבה עצבונך וחרנך Gen. 3. 16. *Multiplicabo dolorem & conceptum tuum*; id eſt, *dolorem conceptus tui*. Jerem. 36. 27. *Poſtquam Rex combuſſerat* את המגלה ואת הדברים *volumen & verba*; id eſt, *volumen verborum*.

Hinc 1. Cor. 11. 7. *Vir non debet velare caput ſuum, quia imago & gloria Dei eſt*, εἰκὼν καὶ δέξα Θεῦ ὑπάρχων; id eſt, *imago gloriæ Dei*. Rom. 1. 5. *Per quem accepimus* χάριν καὶ Ἀποϛολὴν, *gratiam & Apoſtolatum*; id eſt, *gratiam Apoſtolatus*. Act. 23. 6. *De ſpe & reſurrectione mortuorum ego judicor*; id eſt, *de ſpe reſurrectionis mor-*

tuorum. Tale est illud Virgilii Æneid. 1. *Molemque & montes insuper altos imposuit*; id est, *moles altorum montium*.

III. Substantiva verbalia sæpe genitivum regunt. יראת יהוה *timor Domini*: sæpe casum sui verbi. מלאה הארץ דעה את יהוה Isa. 11. 9. *Plena est terra cognitione Dominum*. כמהפכת אלהים את סדום Isa. 13. 19. *secundum subversionem Dei Sodomam*. למסע את המחנות Num. 10. 2. *ad motionem* vel *profectionem castra*: id est, *castrorum*. יראתם אתי Isa. 29. 13. ad verbum, *timor eorum me*; id est, *timor eorum erga me*; seu, ut Vulgata habet, *timuerunt me*. Legitur quid simile apud Latinos. *Reditio domum*, *spectatio ludos*, *quid tibi hanc curatio est rem?* &c.

IV. Substantivum regens præcedere solet substantivum quod regitur: interdum tamen fit vocum inversio seu *Hypallage*. כסף שקלים Levit. 5. 15. *argentum siclorum*, pro שקלי כסף *sicli argenti*. שבעת אסר Num. 30. 14. *juramentum obligationis*, pro אסר שבעת *obligatio juramenti* טמאת אדם Levit. 7. 21. *immunditia hominis*, pro *homine immunditiei*, seu *immundo*. Levit. 12. 14. *Triginta dies manebit* בדמי טהרה *in sanguinibus purgationis*, id est, *in purgatione sanguinis*. Levit. 22. 14. *Vir ex quo exiit* שכבת זרע *concubitus seminis*, id est, *semen concubitus*. Jos. 2. 6. *Et abscondit*

eos בפשתי העץ *inter lina ligni*, id eſt, *inter ligna*, ſeu potius *ſtipulas lini*. Prov. 26. 33. כסף טיגים *Argentum ſcoriarum*; id eſt, *ſcoriæ argenti*. Eſther. 9. 19. *Judæi qui habitabant* בערי הפרזות *in urbibus pagorum*; id eſt, *in pagis urbium*. Hinc Rom. 9. 31. *Iſrael ſectando legem juſtitiæ, in legem juſtitiæ non pervenit*. νόμον δικαιοσύνης. *legem juſtitiæ*, pro δικαιοσύνην νόμȣ, *juſtitiam legis*.

V. Conſtruuntur ſubſtantiva cum infinitivis tanquam cum genitivis ביום עשות Gen. 2. 4. *In die facere*, quaſi diceretur, *in die factionis*. בימי שפוט השפטים Ruth. 1. 1. *In die judicare Judices*, quaſi diceretur, *in die judicationis Judicum*. בימי צאתך Mich. 7. 15. *In die egredi te*; id eſt, ut 70. vertunt, *in die* τῆς ἐξοδίας σȣ̃, *egreſſionis tuæ*.

VI. Notanda eſt & illa Hebraica phraſis, qua fit ut nominativus ponatur abſolute; adeo ut ſeorſum a quolibet adjuncto, vim integri membri habeat; cum emphaſi ac magnificentia ſententiæ non mediocri. יהוה בשמים כסאו Pſal. 11. 4. *Dominus, in Cœlo ſedes ejus*; id eſt, *ſedes Domini in Cœlo eſt*. האל, תמים דרכו Pſal. 18. 31. *Deus, perfecta via ejus*; id eſt, *via Dei perfecta eſt*. חסידה, ברושים ביתה Pſal. 104. 17. *Ciconia, abietes ſedes ejus*: id eſt, *domus ciconiæ ſunt abietes*. החכם, עיניו בראשו Eccl. 2. 14. *Sapiens, oculi ejus in capite*

ejus; id eſt, *oculi ſapientis in capite ejus ſunt*. אפרים, כעוף יתעופף כבודם Oſe. 9. 11. *Ephraim, ſicut avis avolabit gloria eorum*: id eſt, *gloria Ephraimitarum avolabit ſicut avis*. כנען בידו מאזני מרמה Oſe. 12. 8. *Mercator, in manu ejus bilances doli:* id eſt, *bilances doloſæ ſunt in manu mercatoris*. אנוש כחציר ימיו Pſal. 103. 15. *Homo, ſicut fœnum dies ejus:* id eſt, *dies hominis ſicut fœnum*. בני אדם שניהם חנית וחצים Pſal. 57. 4. *Filii hominum dentes eorum lancea & ſagittæ:* id eſt, *dentes filiorum hominum lancea & ſagittæ*.

Idem contingit & in pronominibus. ואני זאת בריתי אתם Iſa. 59. 21. *Et ego, hoc fœdus meum cum eis*. ואני עם לבבי לבנות בית מנוחה 1. Paral. 28. 2. *Et ego cum corde meo* fuit *ædificare domum quietis*.

Simile quid legitur in novo Teſtamento. Apoc. 2. 26. ὁ νικῶν, δώσω ἀυτῷ. *Qui vicerit, dabo ei*. Apoc. 6. 8. ὁ καθήμενος, ὄνομα ἀυτῷ θάνατος. *Sedens, nomen ei mors*. 1. Joan. 2. 27. καὶ ὑμεῖς. *Et vos, unctionem quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis*. Math. 21. 42. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*.

III.

De Nominibus adjectivis.

I. ADIECTIVA Hebræorum masculini generis cujusvis sunt terminationis: fœminini vero generis terminantur semper in ה servile, quod, ut suo loco dictum est, interdum mutatur in ת. טוב *bonus*, טובה & טובת *bona*. מלך *Rex*, מלכה & מלכת *Regina*.

II. Neutrum genus Latinorum exprimere solent Hebræi per fœmininum. אתם חשבתם עלי רעה; ואלהים חשבה לטובה Gen. 50. 20. *Vos cogitastis adversum me malum; & Deus cogitavit illud in bonum*. דבר אתנו קשות Gen. 42. 30. *Locutus est nobiscum dura*. לשון מדברת גדלות Psal. 12. 4. *Lingua loquens magna*, מאת יהוה היתה זאת, היא נפלאת בעינינו Psal. 118. 23. Quem locum sic reddiderunt 70. eorumque versionem secutus est Dominus ipse Math. 21. 42. Παρὰ Κυρίυ ἐγένετο ἅυτη, καὶ ἔςι θαυμαςὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris*. אחת שאלתי מאת יהוה אותה אבקש, שבתי בבית יהוה Psal. 27. 4. Sic verterunt 70. Μίαν ἠτησάμην παρὰ Κυρίυ, ταύτην ἐκζητήσω; τῦ κατοικεῖν με ἐν ὄικῳ Κυρίυ. Vulgata vero sic: *Unam petii a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini*.

Non-

Nonnunquam tamen exprimitur genus neutrum in textu Hebræo per masculinum. לא טוב היות האדם לבדו. Gen. 2. 18. *Non bonum esse hominem solum*. כי הוא חלקך Eccl. 9. 9. *Quia hoc pars tua*.

III. Substantivum præmitti solet adjectivo, necnon & pronomini ac participio. יד חזקה *manus fortis*. ביום ההוא *In die illa*. בן מבין *Filius intelligens*.

IV. Cum adjectiva, pronomina, aut participia præcedunt substantivum, plerumque subintelligitur verbum substantivum. ישר דבר יהוה Psal. 33. 4. *Rectum verbum Domini*; id est, *rectum est verbum Domini*. רבים מכאובים לרשע Psal. 32. 10. *Multi dolores improbo*; id est, *multi sunt dolores improbo*. אלה תולדות השמים Gen. 2. 4. *Hæ sunt generationes cœli*. נחמד העץ להשכיל Gen. 3. 6. *Desiderabilis erat arbor ad intelligere faciendum*.

V. Excipiuntur adjectiva numeralia. Ea enim modo ante, modo post substantivum collocantur; nec ideo tamen subaudiendum est verbum substantivum. אלף ומאה הכסף Jud. 17. 2. *Mille & centum argentei*. שנים עצים 1. Reg. 17. 12. *Duo ligna*. שלשים בנים, ושלשים בנות Judic. 12. 9. *Triginta filii, & triginta filiæ*.

VI. Adjectiva sæpe exprimunt Hebræi, & quidem eleganter, per substantiva, præfixa aliqua ex his tribus præpositionibus ב, ל, מ.

Subſtantivum cum ב *in*, pro adjectivo. אשמורה בלילה Pſal. 90. 4. *cuſtodia in nocte*, id eſt, *nocturna*. יועץ כשכל 1. Par. 26. 14. *Conſiliarius in intellectu*, id eſt, *intelligens*. כי ברע הוא Exod. 32. 22. *Quia in malo eſt*, id eſt, *malus*. קול יהוה בכח; קול יהוה בהדר. Pſal. 24. 4. *Vox Domini in fortitudine; vox Domini in magnificentia*; id eſt, *fortis & magnifica*.

Hinc Math. 22. 16. *Viam Domini* ἐν ἀληθείᾳ *in veritate doces*: id eſt, *veram viam Domini doces*. Luc. 4. 32. ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ. *In poteſtate*, id eſt, *potens erat ſermo ejus*. 1. Tim. 2. 7. διδάσκαλος ἐθνῶν ἐν πίστει, καὶ ἀληθείᾳ; id eſt, πιστὸς καὶ ἀληθής. *Doctor Gentium in fide & veritate*; id eſt, *fidelis & verax*. 2. Pet. 2. 13. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφήν. *In die delicias*: id eſt, *quotidianas delicias*. Marc. 5. 2. *Homo* ἐν πνεύματι *in ſpiritu immundo*, id eſt, *habens ſpiritum immundum*. 1. Joan. 5. 19. *Totus mundus in maligno poſitus eſt*: id eſt, *malus eſt*.

Subſtantivum cum ל, *in*, *ad*. pro adjectivo. היו עלי לטורח Iſa. 1. 14. *Fuerunt mihi oneri*, id eſt, *oneroſi*. שרתי במדינות היתה למס. Thren. 1. 1. *Præcipua Provinciarum facta eſt ſub tributo*, ſeu *tributaria*. יהיה צמח יהוה לצבי ולכבוד. Iſa. 4. 2. *Erit germen Domini in decore & gloria*, id eſt, *decorum & glorioſum*.

Hinc Joan. 8. 52. *Si quis ſermonem meum*

servaverit, *non gustabit* θάνατον εἰς τὸν αἰῶνα *mortem in æternum*, seu *æternam*.

Substantivum cum מ, *a*, *de*, *ex*, pro adjectivo. חזיר מיער Psal. 80. 14. *Aper de sylva*, id est, *sylvestris*, מתים מחלד Psal. 17. 14. *Homines de mundo*, id est, *mundani*, *mundana sapientes*, נכסיהם מדם Psal. 16. 4. *Libamina eorum de sanguine*, id est, *sanguinea*, *cruenta*. Huc referri potest illud: לך זרוע עם גבורה Psal. 89. 14. *Tibi brachium cum potentia*, id est, *potens*.

Hinc 1. Joan. 4. 5. αὐτοὶ ἐκ τοῦ κόσμου εἰσι, διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ κόσμου λαλοῦσι. *Ipsi de mundo sunt: propterea mundana loquuntur*, Rom. 3. 26. *Qui sunt ex fide*, id est, *fideles*. Rom. 4. 14. *Qui sunt ex circumcisione*, id est, *circumcisi*, Rom. 2. 18. *qui sunt ex contentione*, id est, *contentiosi*. Math. 5. 37. *Quod amplius est*, *a malo*, id est, *malum est*.

Habent Latini aliquid simile. *Mercenarius de villa*. Florus: *Poeta de populo*, pro, *Poeta plebeius*. Cic. pro Arch. *Servus a manu*, *a secretis*, *a commentariis*.

VII. Nonnunquam adjectiva per ipsamet substantiva exprimunt Hebræi, absque ulla præpositione: huncque loquendi morem vocant Grammatici *abstracta pro concretis*. לחם שערים Jud. 7. 13. *Panis hordei*, id est, *hordeaceus*. שבט ברזל Psal. 2. 9. *virga ferri*, id est, *ferrea*. ובאו חמדת כל

גוים. Agg. 2. 8. *Et venient desideria omnium gentium :* id est, *veniet desideratus cunctis gentibus*. ויהי דרכם חשך וחלקלקות Psal. 35. 6. *Sit via eorum tenebræ & lubricitates*, id est, *tenebrosa & lubrica*. אכרת קומת ארזיו מבחור ברשיו 2. Reg. 19. 23. *Succidam celsitudinem cedrorum ejus, electionem abietum ejus*, id est, *celsas cedros & electas abietes*. Gen. 46. 34. *Abominatio*, id est, *abominabilis Ægyptiis omnis pastor*.

Hinc Eph. 5. 8. *Eratis aliquando σκότος tenebræ, nunc autem φῶς lux in Domino :* id est; *olim cæci, nunc illuminati*. In Epistola ad Rom. *circumcisio* & *præputium* multoties usurpantur pro *circumcisis* & *Gentilibus*. Luc. 16. 15. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum*. Joan. 17. 17. *Sermo tuus veritas est*, id est, *verus*. 2. Cor. 5. 21. *Ut efficeremur justitia Dei in ipso*, id est, *justi*.

VIII. Notanda est præsertim hæc loquendi ratio cum voce איש *vir*, & illius plurali אנשים *viri*. איש מלחמה 1. Sam. 16. 18. *vir belli*, id est, *bellicosus*. איש אדמה Gen. 9. 20. *vir terræ*, id est, *agricola*. איש דמים 2. Sam. 16. 7. *vir sanguinum*; id est, *homicida*. איש רמה Prov. 26. 19. *vir doli*, id est, *dolosus*. איש מכאבות Isa. 53. 3. *vir dolorum*, id est, *doloribus plenus*. איש דברים Exod. 4. 10. *eloquens*. איש שפתים Job. 11. 2. *loquax*. איש מות 1. Reg. 2. 26. *vir morte*

dignus אנשי השם Gen. *6.* 4. *viri nominis*. id est, *famosi*. אנשי חיל Gen. 47. *6. viri industriæ*, id est, *industrii*. אנשי עצתי Psal. 119. 24. *viri consilii mei*, id est, *consiliarii mei*. אנשי ריבך Isa. 41. 11. *viri contentionis tuæ*, id est, *adversarii tui*.

IX. Ex duobus substantivis, quorum unum loco adjectivi est, nonnunquam prius est loco adjectivi, nonnunquam posterius.

Prius. נתן איש חלפות שמלת Gen. 45. 22. *Dedit unicuique mutationes vestium*, id est, *mutatorias vestes*. כל שבעת אסר Num. 30. 14. *Omne juramentum obligationis*; id est, *omnis obligatio juramento firmata*, *ex juramento orta*. ויבחר לו חמשה חלקי אבנים 1. Sam. 17. 40. *Et elegit sibi quinque lubricitates lapidum*, id est, *quinque lubricos lapides*. תכלית שנאה שנאתים Psal. 139. 22. *Perfectione odii*, id est, *perfecto odio oderam illos*.

Hinc 1. Cor. 1. 21. *Placuit Deo* διὰ τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος *per stultitiam prædicationis*, id est, *per stultam prædicationem salvos facere credentes*. Gal. 3. 14. ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος, *ut promissionem Spiritus*, id est, *ut promissum Spiritum acciperemus*.

Posterius. היה לי לצור מעוז Psal. 31. 3. *Esto mihi in petram fortitudinis*, id est, *fortem*. אילת אהבים Prov. 5. 19. *Cerva*

gratiarum, id est, *gratissima*. עד אמונים Prov. 14. 5. *Testis veritatum*, id est, *verax*. זרע אנשים 1. Sam. 1. 11. *Semen virorum*, id est, *virile*, *puerum*.

Hinc Rom. 7. 24. *Quis me liberabit* ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου, *ex corpore mortis hujus?* id est, *ex hoc corpore mortali*. Col. 1. 3. υἱὸς τῆς ἀγάπης. *Filius dilectus*. Luc. 18. 16. ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας, id est, ἄδικος. *Judex iniquus*. Eph. 20. 24. *Qui creatus est in sanctitate veritatis*, id est, *in sanctitate vera*. 1. Tim. 6. 17. *Divitibus præcipe non sperare* ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, *in divitiarum incertitudine*, id est, *in divitiis incertis*. Jacob. 1. 23. *Similis est viro consideranti*. τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ, *vultum nativitatis suæ*, id est, *faciem suam nativam*, *cum qua natus est*. Ibid. v. 4. *Facti estis judices cogitationum malarum*, id est, *cogitantes mala*, *prave affecti*. Act. 14. 12. *Sacerdos quoque Jovis*, *qui erat ante civitatem*, ταύρους καὶ στέμματα, *tauros & coronas*, id est, *tauros coronatos ante januam afferens*, *cum populis volebat sacrificare*.

Idipsum reperitur interdum apud prophanos Scriptores. Euripid. in Hecuba. *Venit Ulisses* σπουδῇ ποδὸς, *celeritate pedis*, id est, *celeri pede*. Virg. Georg. 2. *Pateris libamus & auro*: id est, *libamus pateris aureis*. Lucan. *Chalybem frænosque momordit*: id est, *momordit frænos chalybeos*.

X. In hisce locutionibus etsi affixum pertineat ad nomen prius, affigitur sæpe sæpius nomini posteriori. Deut. 1. 41. *Et accinxistis vos unusquisque* את כלי מלחמתו, ad verbum, *armis belli sui*, id est, *armis suis bellicis*. Isa. 2. 20. *Tempore illo abjiciet homo* את אלילי כספו *idola argenti sui*, ואת אלילי זהבו & *idola auri sui*; id est, *idola sua aurea & argentea*. Isa. 41. 11. *Peribunt* אנשי ריבך *viri litis tuæ*, id est, *tecum litigantes*. ואיש כלי משחתו בידו Ezech. 9. 1. *Et unusquisque habebit instrumentum perditionis suæ in manu sua*: id est, *unusquisque habebit in manu sua instrumentum suum perdens, factum ad perdendum*.

Hinc Math. 25. 31. *Tunc sedebit* ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ *super throno gloriæ suæ*, id est, *super throno suo glorioso*. Coloss. 1. 13. *Transtulit nos in regnum* τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ *filii dilectionis suæ*, id est, *filii sui dilecti*. Mox vidimus dictum esse Rom. 7. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* pro, *quis me liberabit de hoc corpore mortali?*

XI. Vicissim *concreta* ponuntur interdum pro *abstractis*. Dan. 9. 24. *Ad obsignandam visionem*, ונביא, ad verbum & *Prophetam* נביא pro נבואה *prophetiam*.

Hinc Eph. 6. 12. *Adversus* πνευματικὰ τῆς πονηρίας *spiritualia nequitiæ*, id est, *adversus spiritus nequam*. Rom. 2. 4. τὸ χρηστὸν

τοῦ Θεοῦ, pro ἡ χρηστότης, *bonum Dei*, pro *bonitas Dei*. 1. Cor. 1. 25. τὸ μωρὸν, τὸ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ. *Quod stultum, quod infirmum Dei*. Philipp. 4. 5. τὸ ἐπιεικὲς, pro ἡ ἐπιείκεια, *æquitas*. 2. Pet. 2. 14. *Oculos habentes plenos* μοιχαλίδος, *adulteræ*, id est, *adulterii*.

XII. Sepe adverbia tenent locum adjectivorum. כל העמים סביב Zach. 12. 6. *Omnes populi circum*, id est, *vicini*, *circum jacentes*. דם חנם 1. Sam. 25. 31. *Sanguis immerito* seu *gratis*, id est, *innoxius*. אל תירא מפחד פתאום Prov. 3. 25. *Non timebis a timore repente*, id est, *repentino*. למען סור משאול מטה Prov. 15. 25. *Ad declinandum ab inferno infra*, id est, *inferiori*. יום מחר Gen. 30. 33. *Dies cras*, id est, *crastinus*.

Hinc Math. 6. 34. ἡ αὔριον, pro *dies crastina*, quasi ἡ ἡμέρα αὔριον, *dies cras*. αὔριον enim adverbium est. Luc. 10. 29. *Et quis est* μοῦ πλησίον, ad verbum *meus prope*, πλησίον enim adverbium est; id est, *meus proximus?* 2. Pet. 1. 9. *Oblitus purgationis* τῶν πάλαι ἀυτοῦ ἁμαρτιῶν *suorum olim*, id est, *veterum delictorum*.

Nec Græcis, nec Latinis hæc norma loquendi ignota est. Sophocles. τὰ πρὶν ἔργα, *opera ante*, id est, *res ante gestæ*. Xenophon. αἱ παραυτίκα ἡδοναὶ, *momentaneæ voluptates*. Virg. Æneid. 1. *Neque enim*

ignari sumus ante malorum, id est, *malorum præteritorum*. Terent. *Semper lenitas*, id est, *lenitas continua*. Livius: *Peragrare circa saltus*, id est, *saltus qui circa sunt*. Plaut. *In navi super*, id est, *in superiore parte navis*.

I V.

De Comparativo.

DIXIMUS supra comparativum & superlativum apud Hebræos a positivo non distingui peculiari aliqua terminatione, uti fit apud Græcos & Latinos, sed particulis quibusdam positivo additis, eo fere modo quo fit apud nos. *Sage*, *plus sage*, *tres sage*.

I. Particula comparativo exprimendo deserviens, est præpositio מן, illiusque diminutivum מ, *præ*. טובים שנים מן אחד Eccl. 4. 9. *Boni duo præ uno*; id est, *duo sunt meliores quam unus*. חכם אתה מדניאל Ezech. 28. 3. *Sapiens tu præ Daniele?* id est, *an Daniele sapientior es?* טוב לחסות ליהוה, מבטח בנדיבים Psal. 117. 9. *Bonum*, id est, *melius sperare in Domino*, *quam confidere in Principibus*. גדול אחרון מן הראשון Agg. 2. 10. *Magna novissima præ prima*: id est, *major novissima quam prima*.

Hinc Math. 18.8. καλόν σοι; *bonum tibi*,

id est, *melius tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum*, *quam*, &c. Simile quid reperitur apud Latinos. Plaut. *Tacita bona est mulier*, *quam loquax*. *Bona*, id est, *melior*. Tacit. *Claris majoribus*, *quam vetustis*. Senec. l. 1. de ira. *Vir ingenii magni*, *quam boni*. *Magni*, id est, *majoris*.

II. Interdum præpositio על ponitur loco מן . עליון על כל גוים Deut. 26. 19. *Excelsus super omnes gentes:* id est, *excelsior omnibus gentibus*.

III. Nonnunquam eamdem vim habet præfixum ל, quod præpositionis על quoddam diminutivum est. עליון למלכי ארץ Psal. 89. 28. *Excelsus Regum*, vel *Regibus*, id est, *præ Regibus terræ*. *Excelsior Regibus terræ*.

V.

De Superlativo.

SUPERLATIVUM exprimunt Hebræi pluribus modis.

I. Adverbio מאד *valde*. והנה טוב מאד Gen. 1. 31. *Et ecce bonum valde*, id est, *optimum*. Cum geminatur particula מאד, augetur vis ac significatio superlativi. ובני ישראל עצמו במאד מאד Exod. 1. 5. *Et filii Israel roborati sunt in valde valde*, id est, *mirum in modum*.

II. Præpositione ב, quæ tunc *inter* aut

super significat. היפה בנשים Cant. 1. 8. *ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν. Pulchra inter mulieres:* id est, *mulierum pulcherrima*. בינו בערים בעם Psal. 94. 8. *Intelligite insipientes in populo*, id est, *insipientissimi populorum*. האדם הגדול בענקים Jos. 14. 15. *Homo ille magnus inter Anakæos*; id est, *maximus Anakæorum*. ליש גבור בבהמה Prov. 30. 30. *Leo fortis inter bestias*: id est, *fortissimus bestiarum*.

Hinc Luc. 1. 28. *εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν. Benedicta tu in mulieribus:* id est, *mulierum maxime benedicta*.

III. Repetitione positivi. עמק עמק מי ימצאנו Eccl. 7. 24. *Profundum, profundum*, id est, *profundissimum, quis inveniet illud?* רע רע יאמר הקנה Prov. 20. 14. *Malum, malum*, id est, *pessimum, ait emtor*. *Sanctus, sanctus, sanctus*. Isa. 6. 3. id est, *sanctissimus:* sicut *terque quaterque beatus*, pro, *beatissimus*.

IV. Aggregatione duorum substantivorum ejusdem significationis. דברי פיו און ומרמה Psal. 36. 4. *Verba oris ejus iniquitas & dolus*, id est, *iniquissima*. ויעלני מטיט היון Psal. 40. 3. *Et eduxit me de luto cœni:* id est, *de luto densissimo*. נעשה האדם בצלמנו כדמותנו Gen. 1. 26. *Faciamus hominem juxta imaginem nostram, juxta similitudinem nostram:* id est, *juxta imaginem nobis simillimam*. רוח זלעפות Psal. 11. 6. *Ventus procellarum*, id est, *vehementissimus*. יהוה ימלך

לעולם ועד Exod. 15. 17. *Dominus regnabit in æternum & ultra.*

V. Repetitione ejusdem nominis substantivi, cum prius alterum regit in numero plurali. הבל הבלים *Vanitas vanitatum*, id est, *maxima vanitas*. Cant. 1. 2. שיר השרים *Canticum Canticorum*, id est, *suavissimum*. עבד עבדים Gen. 9. 25. *servus servorum*, id est, *servus vilissimus*. קדש קדשים Exod. 26. 33. *Sanctum sanctorum*, id est, *sanctissimum*. שמי השמים *Cœli cœlorum*, id est, *summum cœlum*.

Hinc 1. Tim. 6. 15. *Rex Regum, Dominus dominantium*; & Apoc. 1. 6. *Ipsi gloria in sæcula sæculorum*, id est, *per infinita sæcula*.

VI. Adjunctione alicujus ex nominibus Dei. אל, יה, אלהים, אדני, יהוה. ארזי אל Psal. 80. 11. *Cedri Dei*, id est, *altissimæ*. הררי אל Psal. 36. 7. *Montes Dei*, id est, *altissimi*. עצי יהוה Psal. 104. 16. *Ligna Domini*, id est, *arbores præstantissimæ*. ארץ מאפליה Jerem. 2. 31. *Terra caliginis Dei*, id est, *caliginis maximæ*. רשפיה רשפי אש ושלהתיה Cant. 8. 6. *Carbones ejus carbones ignis atque flammarum Dei*, id est, *flammarum summopere ardentium*. תרדמת יהוה 1. Sam. 26. 12. *Sopor Domini*, id est, *profundissimus*. ברוך הוא ליהוה Ruth. 2. 20. *Benedictus ille Domino*: id est, *terque quaterque beatus sit: modis omnibus sit ille bene-*

dictus. ונינוה היתה עיר גדולה לאלהים Jon. 3. 3. *Et Ninive erat civitas magna Deo*, id eſt, *maxima*. נשיא אלהים Gen. 23. 6. *Princeps Dei eſt in medio noſtri*, id eſt, *magnus Princeps*. חזק ואמיץ לאדני Iſa. 28. 2. *Robuſtus & fortis Domino*, id eſt, *robuſtiſſimus & fortiſſimus*.

Hinc Act. 7. 20. ἀςεῖος τῷ Θεῷ, *Bellus Deo*, id eſt, *maxime bellus*. 2. Cor. 10.4. *Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed* δυνατὰ τῷ Θεῷ, *potentia Deo*, id eſt juxta nonnullos, *potentiſſima*.

VII. Notandum poſitivum etiam abſque ullo adjuncto vim nonnunquam habere ſuperlativi. 2. Paral. 21. 17. *Et non remanſit ei filius niſi Joachaz* קטן בניו *parvus filiorum ejus*, id eſt, *minimus*. Prov. 30. 24. *Quatuor hæc animalia* קטני ארץ *ſunt parva terræ*, id eſt, *ſunt minima inter animantia terræ*.

Hinc Math. 5. 19. οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. *Hic magnus vocabitur in regno cælorum*. μέγας, *magnus*, pro μέγιςος, *maximus*. Dictum enim erat, *qui ſolverit unum ex mandatis*, ἐλάχιςος, *minimus vocabitur*, &c. Matth. 20. 26. *Quicunque voluerit inter vos* μέγας, *magnus*, id eſt, *major* vel *maximus*, *fieri*, *ſit veſter miniſter*. Math. 22. 36. *Magiſter*, ποῖα ἐννολὴ μεγάλη, *quod eſt mandatum magnum in Lege?* id eſt, *quod eſt maximum mandatum Legis?* μεγάλη, pro μεγίστη.

VI.

De Nominibus numeralibus.

I. NOMINA numeralia cardinalia masculina a tribus ad decem, habent terminationem fœmininam; fœminina vero masculinam, ut videre eſt cap. 2. §. 8.

II. Nomina numeralia cardinalia habentia terminationem pluralem junguntur ut plurimum ſubſtantivis ſingularibus; quæ vero habent terminationem ſingularem, pluralibus. ארבעה מלכים Gen. 14. 9. *Quatuor Reges*, שלשה מלכים Dan. 11. 2. *Tres Reges*. שבע מאות, חמש מאות Gen. 3. 30. *Septingenta, quingenta*. עשרים שנה Gen. 31. 41. ad verbum *viginti annum*, id eſt, *viginti annos*. ארבעים יום, וארבעים לילה Gen. 7. 4. *Quadraginta dies*, & *quadraginta noctes*. מאתים כסף Jud. 17. 4. ad verbum, *ducentos argenteum*, id eſt, *ducentos argenteos*. ארבעים ושתים עיר Num. 35. 6. *Quadraginta duæ urbes*.

Dictum eſt ut plurimum. Reperiuntur enim nec raro nomina numeralia terminationem ſingularem habentia, juncta ſubſtantivis ſingularibus, & vice verſa. שש עשרה נפש Gen. 46. 18. *Sexdecim animæ*. מאה אלף גבור 2. Par. 25. 6. *Centum mille robuſtorum* חמשים צדיקים Gen. 18. 24. *Quinquaginta juſti*.

III. Nominibus numeralibus in utroque numero conjunctis, substantivum concordat numero minori. בן שלש ושמנים שנה Exod. 7. 8. *Filius trium & octoginta annorum*. שמנים וחמשה איש 1. Sam. 22. 18. *Octoginta & quinque viri*. שמנים ושבעה אלף 1. Par. 7. 5. *Octoginta & septem millia*.

IV. Nomina numeralia minora præire solent majoribus. כל ימיו תשע וששים שנה ותשע מאות שנה Gen. 5. 27. *Omnes dies ejus novem & sexaginta anni, & nongenti anni.*

V. In numeris compositis sæpe nomen rei numeratæ repetitur absque necessitate. מאה שנה, ועשרים שנה, ושבע שנים Gen. 23. 1. *Centum anni, & viginti anni, & septem anni*, צאן שש מאות אלף ושבעים אלף וחמשת אלפים Num. 31. 32. *Oves sexcentum mille, & septuaginta mille, & quinque millia.*

VI. Nonnunquam nomina cardinalia pro ordinalibus ponuntur, ויהי ערב ויהי בקר יום אחד Gen. 1. 5. *καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία*. *Factumque est vespere, & mane dies unus*, id est, *primus*. אחד pro ראשון, *μία* pro *πρώτη*, *unus* pro *primus*: quod & olim animadvertit Josephus Antiq. l. 1. cap. 2. *καὶ αὐτὴ μὲν ἡ πρώτη ἡμέρα. Μωϋσῆς δὲ αὐτὴν μίαν εἶπε.* באחד לחדש Gen. 8. 5. *Prima mensis*. ביום שמונה 2. Paral. 29. 17. *In die octava*. שמונה pro שמיני.

Hinc Marc. 16. 2. καὶ λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων. *Et valde mane una Sabbathorum.* Luc. 24. 1. τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων. *Una autem Sabbati* 1. Cor. 16. 2. κατὰ μίαν σαββάτων. *Per unam Sabbathorum*. Act. 20. 7. ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. *Una autem Sabbathi*.

VII. Nomina cardinalia interdum ponuntur pro proportionalibus. שנים ישלם Exod. 22. 4. *Duplum restituet*, ad verbum *duo*. Legitur 2. Sam. 12. 16. ארבעתים *quadruplum*, & Psal. 12. 7. & Prov. 6. 31. שבעתים *septuplum*.

VIII. Ponuntur etiam non raro eadem nomina pro adverbiis numeralibus. שבע יפול צדיק Prov. 24. 16. *Septies cadet justus.*

IX. Repetitio numeri cardinalis distributionem ac partitionem indicat. מכל הבהמה הטהורה תקח לך שבעה, שבעה Gen. 7. 2. *De omni animali mundo accipies tibi septem, septem*, id est, *septena*.

X. Nomina numeralia ordinalia fœminina sæpe sumuntur adverbialiter. ויקרא שנית Gen. 22. 15. *Et clamavit secundo*: aut proportionaliter pro parte aliquota. וחמשתו Num. 5. 7. *Et quintam partem ejus*.

V I I.

De Nominum repetitione.

FIT non raro apud Hebræos nominum repetitio. Quid iſta repetitione ſignificetur, indicabunt obſervationes ſequentes.

I. Sæpe nihil aliud innuit iſta repetitio quam emphaſim quamdam. אלי אלי *Deus meus, Deus meus*. צדק צדק תרדף Deut. 16. 20. *Juſtitiam juſtitiam ſectaberis*.

II. Sæpe etiam fit iſta repetitio ad deſignandam multitudinem. ועמק השדים בארות בארות Gen. 14. 10. *Et vallis Siddim putei putei*. Vulgata. *Vallis Siddim habebat multos puteos*. In ea erant multi putei, ſeu vortices circumquaque diſperſi. עשה הנחל הזה גבים, גבים. 2. Reg. 3. 16. quem locum ſic vertunt 70. ποιήσατε τὸν χειμάῤῥυν τῦτον βοθύνυς, βοθύνυς; Vulgata vero: *Facite alveum torrentis hujus foſſas & foſſas*.

III. Interdum iſta nominis repetitio univerſalitatis ſignum eſt. איש איש מבית ישראל Levit. 17. 3. ἄνθρωπος ἄνθρωπος τῶν ὑιῶν Iσραήλ, Vulgata quoad ſenſum: *Homo quilibet de domo Iſrael*, id eſt, *univerſi, ſinguli omnes*. והקטיר בבקר בבקר Exod. 30. 7. LXX. *Et adolebit* πρωῒ πρωῒ, *mane mane*, Vulgata ſimpliciter *mane*, id eſt, *quotidie*

mane. תלקטו לאחד אחד Isa. 27. 12. *Congregabimini unus unus*, *filii Israel*, 70. κατὰ ἕνα, *ad unum*, id est, *omnes sigillatim*. ברוך אדני יום יום Psal. 68. 20. Septuaginta: *Benedictus Dominus* ἡμέραν καθ' ἡμέραν, Vulgata, *die*, *quotidie*, id est, *singulis diebus*; quod & Paulus imitatus est 2. Cor. 4. 16. *Sed qui intus est homo renovatur* ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ, *de die in diem*.

IV. Repetitio substantivi diverso numero, aut genere indicat universalitatem omnimodam. עשיתי לי שרים ושרות; שדה ושדות Eccl. 2. 8. Septuaginta, ἐποίησά μοι ᾄδοντας καὶ ᾀδούσας: οἰνοχόον καὶ οἰνοχόας, ad verbum. *Feci mihi cantores & cantatrices; symphoniam & symphonias*; id est, *omne genus musicorum*. יהוה מסיר מירושלם משען ומשענה Isa. 3. 1. *Dominus recedere faciet de Jerusalem sustentatorem & sustentatricem*; 70. ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, *validum & validam*: id est, *omne genus sustentationis*. Huc etiam referri potest & illud, והשבתי מערי יהודה קול ששון וקול שמחה; קול חתן, וקול כלה Jerem. 7. 34. *Cessare faciam de civitatibus Juda vocem gaudii, & vocem lætitiæ; vocem sponsi, & vocem sponsæ*; id est, *quodlibet lætitiæ genus*.

V. Interdum ista nominis repetitio diversitatem importat, præsertim si copula ו intercedat. אבן ואבן, איפה ואיפה תועבת יהוה Prov. 20. 20. *Pondus & pondus*, *men-*

sura & mensura abominatio Domini: id est, *diversum pondus & diversa mensura*. Idem habetur Deut. 25. 13. & 14. בלב ולב ידברו Psal. 12. 3. *In corde & corde*; id est, *duplici corde locuti sunt*.

VI. Ut plurimum ista repetitio indicat partitionem & distributionem in multas partes sive æquales, sive inæquales. ויצברו אתם חמרים, חמרים Exod. 8. 14. *Et collegerunt eas*, videlicet ranas, θημωνίας, θημωνίας, ut ajunt 70. *acervos*, *acervos*: id est, *distribuerunt eas in multos acervos*. ויתן ביד עבדיו עדר ועדר Gen. 32. 16. *Et dedit in manu servorum suorum gregem & gregem*: id est, *singulis turmis distribuit gregem deducendum*. קח מאתם מטה מטה Num. 17. 2. *Accipe ab eis virgam*, *virgam*; 70. ῥάβδον ῥάβδον; id est, ut Vulgata dicit, *accipe ab eis singulas virgas*, seu *virgam a singulis*.

Hunc morem imitati sunt Evangelistæ. Marc. 6. 39. & 40. *Christus præcipit Discipulis suis, ut accumbere facerent omnes secundum contubernia*, συμπόσια, συμπόσια, ad verbum *convivia*, *convivia*: per turmas convivantium super viride fœnum: *& discubuerunt* πρασιαὶ, πρασιαὶ, ad verbum *areolæ*, *areolæ*, id est, *in partes* seu *cœtus*, *per centenos & quinquagenos*. Eodem cap. v. 7. *Vocavit Jesus Discipulos duodecim*, *& cœpit eos mittere* δύο δύο, ad verbum

duos, *duos*, id est, *binos*; quod Græce diceretur ἀνὰ δύο, ut & ipse Lucas ait cap. 10. 1.

VIII.

Varii Hebraismi circa nomina generatim.

I. PLURIMA nomina superfluunt apud Hebræos. Talia sunt

פה *os*. לפי חרב Deut. 13. 15. *ore gladii*, id est, *gladio*. Hinc Luc. 21. 24. καὶ πεσοῦνται σόματι μαχαίρας: *& cadent ore gladii*. על פי הדברים האלה Gen. 43. 7. *Secundum os verborum istorum*, id est, *juxta illa verba*.

שם *Nomen*. Psal. 20. 2. *Protegat te* שם אלהי יעקב *nomen Dei*, id est, *Deus Jacob*. והיתה לי לשם ששון Jerem. 33. 9. *Et erit mihi in nomen gaudii*, id est, *in gaudium*. וקראתם בשם אלהיכם ; ואני אקרא בשם יהוה 1. Reg. 18. 24. *Et invocabitis in nomine Dei vestri*, *& ego invocabo in nomine Domini*: id est, *invocabitis Deum vestrum*, *& ego Dominum*. ויקרא את שם הבכור מנשה Gen. 41. 51. *Et vocavit nomen primogeniti*, id est, *primogenitum*, *Manassen*.

Hinc Matth. 1. 25. καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν: *Et vocavit nomen ejus*, id est, *eum*, *Jesum*. 1. Joan. 5. 13. *Hæc scripsi vobis*, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, *qui creditis in nomine Filii Dei*, id est,

in Filium Dei. Apoc. 11. 3. *Occisa sunt in terræ motu* ὀνόματα ἀνθρώπων *nomina hominum septem millia:* id est simpliciter, *hominum septem millia.*

יד *Manus.* דבר יהוה ביד ישעיהו Isa. 20.2. *Verbum Domini per manum Isaiæ,* id est, *per Isaiam.* על ידי כלי דויד 2. Paral. 29. 27. *Cœpit canticum super manus instrumentorum David:* id est, *super instrumenta Davidis.* Gen. 9. 5. *Sanguinem vestrum reposcam* מיד כל חיה *de manu omnis bestiæ,* id est, *ab omni bestia.* Exod. 9. 35. *Sicut locutus est Dominus* ביד משה *per manum Mosis,* id est, *per Moysem.*

Hinc Act. 7. 35. *Moysem Deus redemptorem misit* ἐν χειρὶ ἀγγέλȣ, *per manum Angeli,* id est, *per Angelum.* Ibid. v. 25. *Quia Deus* διὰ χειρὸς ἀυτοῦ, *per manum ipsius daret illis salutem.* Gal. 3. 19. *Lex ordinata per Angelos in manu Mediatoris,* ἐν χειρι μεσίτȣ.

דבר *Verbum, res, negotium* על דבר הכסף Gen. 43. 17. *propter negotium argenti hujus,* id est, *propter argentum.* דברי עונות Psal. 65. 4. *Verba iniquitatum,* id est, *iniquitates, prævaluerunt super nos.* Psal. 105. 27. *Posuit in eis* דברי אתותיו *verba signorum suorum,* id est, *signa sua.* דברי נפלאותיך אשיחה Psal. 145. 5. *Verba mirabilium tuorum meditabor.* לא אחריש דבר גבורות Job. 41. 3. *Non silebo verbum fortitudinum ejus,* id est, *fortitudinem ejus.*

Hinc Act. 13. 26. *Vobis verbum salutis hujus missum est* ὑμῖν ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ταύτης ἀπεστάλη; id est, *vobis salus ista missa est.*

קול *Vox*. מקול אנחתי Psal. 102. 6. *A voce gemitus mei*, id est, *præ gemitu meo.* הנוס מקול הפחד Isa. 24. 18. *Fugiens a voce formidinis*; id est, *a* vel *præ formidine*. קול זעקה מבבל Jer. 51. 54. *Vox clamoris*, id est, *clamor*, *de Babel*.

פנים *Facies*. על פני רקיע השמים Gen. 1. 20. *In facie firmamenti cœli*: id est, *in firmamento cœli*. והעם נסו מפני פלשתים 1. Par. 11. 13. *Et populus fugerunt a facie Philistiim*. ויהי דבש על פני השדה 1. Sam. 14. 25. *Et erat mel super faciem agri*. Gen. 1. 2. *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, על פני תהום.

Hic Act. 5. 41. *Ibant gaudentes* ἀπὸ προσώπου τοῦ συνεδρίου, *a facie*, *a conspectu concilii*. Luc. 7. 27. *Ecce ego mitto Angelum meum* πρὸ προσώπου σου, *ante faciem tuam*, id est, *ante te*. Luc. 21. 35. *Tanquam laqueus superveniet super omnes qui sedent* ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς *super faciem totius terræ*, id est, *super terram*.

ימים *Dies*, si ea vox nominibus annorum aut alterius temporis præponatur. ימי שני מגורי שלשים ומאת שנה Gen. 47. 9. *Dies annorum*, id est, *anni peregrinationis meæ triginta & centum anni*. ימי שנותינו Psal. 90. 10. *Anni nostri*.

Dictum eſt, ſi præponatur. Nam ſi poſtponatur, non redundat, ſed indicat annos, de quibus mentio fit, eſſe completos. מקץ שנותים ימים Gen. 41. 1. *A fine duorum annorum dierum*, id eſt, *completorum*, ſeu *poſt duos annos integros*. וישב עמו חדש ימים Gen. 29. 14. *Et manſit cum eo menſem dierum*, id eſt, *menſem integrum*.

נפש *Anima*. Addita vox iſta voci אדם, nihil ei addit ſignificationis. בנפש אדם Ezech. 27. 13. *In anima hominis*, id eſt, *in homine*. Apoc. 18. 13. Legitur eodem ſenſu, *καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων*, *& animas hominum*, id eſt, *homines*.

II. Plurima nomina reticentur apud Hebræos. Talia ſunt

איש *Vir*. אני שלום Pſal. 120. 7. *Ego pax*, id eſt, *vir pacis*, ſeu *pacificus*. ואני תפלה Pſal. 109. 4. *Et ego oratio*, id eſt, *vir orationis*, ſeu *orans*. ותהיה ברכה Gen. 12. 2. *Et eris benedictio*, id eſt, *vir benedictionis*, *benedictione plenus*, *dignus cui benedicatur*. כי חמדות אתה Dan. 9. 23. *Quia deſideria tu*; id eſt, *quia*, ut vertit Vulgata, *vir deſideriorum es*. לץ היין Prov. 20. 1. *Deriſor vinum*, id eſt, *deriſor vir vino deditus*. פי מרמה Pſal. 109. 9. *Os doli*, id eſt, *os viri doloſi*.

דבר *Verbum*, *res*. וירא מנוחה כי טוב Gen. 49. 15. *Et vidit requiem*, *quia res eſt bona*. כי נגדים אדבר Prov. 8. 6. *Quia Principes*

loquar: id eft, דברי נגדים *verba Principum*, feu *a Principibus ipfis audienda*.

בית *Domus*. ראשי יעקב Mich. 3. 1. *Principes Jacob*, id eft, *domus Jacob*. הר יהוה Mich. 4. 2. *Mons Domini*, id eft, *mons domus Domini*.

Hinc Apoc. 3. 7. *Qui habet clavem David*, id eft, *domus David*, uti legitur Ifa. 22. 22. εἰς ἅδου. Act. 2. 27. *In inferni*, fubaudi οἶκον, *domum*: ficut cum Latini dicunt *ad Opis*, *ad Pollucis*, &c. fubintelligendo *ædem*.

ימים *Dies*. הבאים ישרש יעקב Ifa. 27. 6. *Venientes radicem producet Jacob*: id eft, *venient dies*, vel *venientibus*, feu *futuris diebus*, *radices proferet Jacob*.

יום & חדש *Dies* & *menfis*. בעשרי באחד לחדש Gen. 8. 15. *In decimo*, *in prima menfis*: id eft, *in menfe decimo*, *prima die menfis*. Subaudiuntur חדש & יום.

פעמים *Vices*. לא אחת ולא שנים 2. Reg. 6. 10. *Non una*, *nec duabus*: id eft, *non una vice*, *nec duabus vicibus*.

Longum effet hic recenfere nomina omnia quæ in fermone Hebraico fubintelligenda veniunt. Hic quædam tantummodo circa hujufcemodi ellipfim obfervabuntur.

Primo. Ipfam loci conftructionem aut exigentiam fæpiffime indicare quodnam vocabulum fit fubintelligendum. וימר שש

שערים Ruth 3. 15. *Et mensus est sex hordeorum*. Patet subintelligendam esse vocem מדות *mensuras*, ut sit, *& mensus est sex mensuras hordei*. אכלו איש גפנו ואיש תאנתו 2. Reg. 18. 31. *Comedite unusquisque vitem suam, & unusquisque ficum suam*: subauditur פרי *fructus*. *Comedat unusquisque fructum vineæ & ficus suæ*. ואכלו את המועד 2. Par. 30. 22. *Et comederunt solemnitatem*: id est, זבחי המועד *sacrificia solemnitatis*. כי אדם עץ השדה Deut. 20. 19. *Quia homo*, id est, חיי האדם *vita hominis arbor agri*. תלבש אסתר מלכות Est. 5. 1. *Et induit Esther regnum*, id est, בגדי מלכות *vestes regias*. תהיה לי כמו אכזב Jerem. 15. 18. *Eris mihi sicut fallax*, id est, *sicut fons*, vel *cisterna fallax*. יש בעדרו זכר, וזבח משחת Malach. 1. 14. *Est in grege ejus masculus*, subaudi תמים *integer*, id enim exigit Antithesis, *& immolat corruptum*, seu *non integrum*, *vitiosum*. מציל נפשות עד אמת ויפח כזבים מרמה Prov. 14. 25. *Liberans animas testis veritatis*, id est, *verax & efflat mendacia doli*, id est, *testis doli*, seu *dolosus*. Manifestum enim est subintelligendum esse in secundo membro vocabulum עד *testis*, quod in priori exprimitur. אל פתח שער הפנימית Ezech. 8. 3. *Ad ostium portæ interioris*. Subauditur vox חצר *atrium*, ut sensus sit, *ad ostium portæ atrii interioris*.

Hinc Math. 10. 42. *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis* ποτήριον ψυχρȢ, *poculum frigidæ*, scilicet ὕδατος, *aquæ*. Math. 11. 8. οἱ τὰ μαλακὰ φορȢντες, *qui mollia gestant*, scilicet ἐνδύματα, *vestimenta*. Luc. 12. 47. *Servus noscens voluntatem Domini sui*, δαρήσεται πολλάς, subaudi πληγ`ς: ut sensus sit, *vapulabit plagis multis*. Apoc. 3. 4. *Ambulabunt mecum* ἐν λευκοῖς, *in albis*, scilicet ἱματίοις. *vestibus*.

Secundo. Hanc nominis convenientis subauditionem unam esse e rationibus, quibus Grammatici ajunt minui ingentem illum numerum irregularitatum, quas facile annotabit unusquisque in constructione substantivorum cum adjectivis ac verbis; quæ non raro genere, numero, aut utroque discordant.

Exemplo sit mox prolatus Ezechielis locus 8. 3. שער masculini generis est; הפנימית fœminini. Discordantia ergo est in genere; sed tollitur subauditione vocis חצר quæ generis est fœminini. Sic Gen. 49. 15. וירא מנוחה כי טוב *Et vidit requiem, quia bonum*. Subintellige דבר טוב דבר *res bona*, nulla remanebit irregularitas.

I X.

Varii Hebraiſmi circa nonnulla nomina ſpeciatim.

PLURIMA nomina apud Hebræos ſignificationem habent ita peculiarem, ut inutile non futurum ſit exempla quorumdam proferre.

איש proprie *vir*, junctum ſubſtantivis genitivi caſus, format, ut dictum eſt, adjectiva. איש דמים *Homicida*. איש אדמה *Agricola*. Significat etiam *aliquis*, *quidam*, *unuſquiſque*, *omnes*, *ſinguli*, *univerſi*, *alius*, *alter*, &c. אם איש יבא, ואמר היש פה איש? Jud. 4. 20. *Si aliquis veniat*, *&* *dicat*, *an eſt hic aliquis?* והנה איש מספר לרעהו חלום Jud. 7. 13. *Et ecce quidam narrabat proximo ſuo ſomnium*. כי יהיה ריב בין אנשים Deut. 25. 1. *Quando erit rixa inter aliquos.* ושים כסף איש בפי אמתחתו Gen. 44. 1. *Et pone pecuniam uniuſcujuſque in ore ſacci ejus*. איש ללשונו Gen. 10. 5. *Unuſquiſque juxta linguam ſuam*. וילקטו אתו איש כפי אכלו Exod. 16. 21. *Et collegerunt illud ſinguli juxta edere ſuum*, id eſt, *juxta ſufficientiam ſuam*. ופניהם איש אל אחיו Exod. 25. 30. *Et facies eorum vir ad fratrem ſuum*, id eſt, *unius ad alterum*. חמש היריעות חברות אשה אל אחותה ad verbum. *Quinque cortynæ conjunctæ mulier ad ſororem ſuam*; id

eſt, *una ad aliam*. ויאמרו איש אל רעהו Gen. 11. 3. *Et dixit vir ad proximum*, id eſt, *alius ad alium*.

בעל proprie *Dominus*, *maritus*, junctum quibuſdam ſubſtantivis format nomina adjectiva. בעל כנף Prov. 1. 7. *Dominus alæ*, id eſt, *alatus*, *volucris*. בעל חלמות Gen. 37. 19. *Magiſter ſomniorum*, id eſt, *ſomniator*. והם בעלי ברית אברם Gen. 14. 13. *Et ipſi viri fœderis*, id eſt, *fœderati Abrahæ*. מי בעל דברים יגש אלהם Exod. 34. 14. *Quiſquis eſt dominus verborum*, id eſt, *quiſquis cauſam dirimendam habuerit*, *litigator*, *litigaturus*, *accedat ad eos*. בעל חמה רב פשע Prov. 29. 22. *Vir iræ*, id eſt, *iracundus*, *multiplicat peccatum*. בעל טעם Eſdr. 4. 8. *Dominus*, ſeu *Præſes conſilii*. בעל שער 2. Reg. 1. 8. *Piloſus*. בעלת אוב 1. Sam. 28. 7. *Domina Pythonis*, *Pythoniſſa*. בעלת הבית 1. Reg. 17. 17. *Domina domus*, id eſt, *hera*. בעלי חצים Gen. 49. 13. *Sagittarii*. בעלי הפרשים 2. Sam. 1. 6. *Equites*. בעלי אספות Eccl. 12. 1. *Domini collectionum*, *collectores*, *ῥαψωδοὶ*, *Eclogarii*.

בן proprie *filius*; ſed junctum nominibus, ut duo præcedentia, egregia producit adjectiva. בן אדם *Homo*. אשר בנו בני אדם Gen. 11. 5. *Quam ædificaverant Homines*. Hinc Marc. 3. 28. *Omnia peccata remittentur τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων*, *hominibus*.

Et Math. 12. 8. Marc. 2. 28. Luc. *6.* 5. *Dominus est filius hominis, etiam Sabbathi.* בן שנה Levit. 12. *6. Anniculus.* 1. Sam. 13. 1. *Innocens ut infans unius anni*, &c. בן שנים. Isa. *6*5. 20. *Natus annos*. בן בית Gen. 15. 2. *Domesticus*. בן גרן Isa. 21. 10. *Filius areæ*, id est, *triticum*, eo fere modo quo dicit Horatius, *Pinus filia sylvæ*. בן קשת Job. 41. 19. *Filius arcus*, id est, *sagitta*. בני אשפת Trhen. 1. 13. *Filii pharetræ*, id est, *sagittæ*. בקרן בן שמן Isa. 5. 1. *In cornu filii olei*, id est, *in colle pingui*. בן בקר *Juvencus*. בני יונים Joel. 3. 11. *Filii Græcorum*, id est, *Græci*. בני ענקים Deut. *9*. 2. *Filii gigantum*, id est, *gigantes*; velut cum Græci dicunt υἷες Ἀχαίων, *Achivi*, ἰατρῶν παῖδες, *Medici*, δυστήνων παῖδες, infelices.

Notandum præcipue est circa vocabulum istud, quod sæpe idem significet ac *præditus*, *dignus*, *reus*, *posterus*, *incola*, &c.

Præditus. בן חיל 1. Reg. 1. 52. *Filius virtutis*, *virtute præditus*, *generosus*. בני עלוה Ose. 10. *9*. *Filii iniquitatis*, *iniqui*. בני בליעל Deut. 13. 13. *Filii absque jugo*, *improbi*, *contumaces*.

Hinc Eph. 2. 2. υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, *filii diffidentiæ*, pro ἀπειθοῦντες, *increduli*, *Pagani*, *Gentiles*. 1. Thess. 5. 5. υἱοὶ τοῦ φωτὸς, *filii lucis*, id est, πεφωτισμένοι, *illuminati*, *fideles*. Luc. 20. 36. υἱοὶ τῆς ἀναστάσεως, *filii*

resurrectionis, id est, *qui resurrexerunt*.

Dignus, *reus*. בן מות האיש העשה זאת 2. Sam. 12. 5. *Dignus morte vir qui fecit istud.* בן הכות Deut. 25. 2. *Filius percussionum*, id est, *ita reus*, *ut percuti mereatur*. בני תמותה Psal. 102. 21. *Filii mortis*, id est, *morti destinati*.

Hinc Math. 23. 15. υἱὸς γεέννης, *filius gehennæ*, id est, *reus gehennæ*. Luc. 20. 6. υἱὸς εἰρήνης, *filius pacis*, id est, *dignus pace & salutatione vestra*.

Posterus. Deut. 1. 3. *Locutus est Moyses* אל כל בני ישראל *ad omnes filios*, id est, *posteros*, *Israel*.

Hinc Act. 5. 21. Judæi dicuntur υἱοὶ Ἰσραήλ. Heb. 7. 5. *Posteri Levi*, υἱοὶ Λευί. Luc. 1. 5. Conjux Zachariæ dicitur ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρῶν, *ex filiabus Aaron*.

Incola. בני ציון Psal. 149. 2. *Filii*, id est, *incolæ*, *Sion*. אמרו לבת ציון Isa. 62. 11. *Dicite filiæ Sion*, id est, *habitantibus Jerusalem*. גלי מאד בת ציון ; הריעי בת ירושלים Zach. 9. 9. *Exulta valde*, *filia Sion*; *clange*, *filia Jerusalem*. Notandum in his locutionibus בת in singulari denotare incolam utriusque sexus; בנות vero in plurali fœminas tantum.

Hinc Math. 23. 37. *Quoties volui congregare filios tuos* τὰ τέκνα σου. Math. 21. 5. εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών. Luc. 20. 34. οἱ υἱοὶ αἰῶνος τούτου, *filii*, id est, *incolæ*, *mundi hujus*.

אח. Proprie *frater*. At non ſemper fratrem germanum ſignificat, ſed & cognatum & affinem, imo & proximum quemque. Gen. 14. 14. *Et audivit Abraham* כי נשבה אחיו *quod captivus ductus eſſet frater ejus Lot*, cujus tantummodo erat patruus; erat enim Lot filius Haran fratris Abrahæ. Gen. 13. 8. dicit Abraham eidem Lot: אחים אנחנו *Fratres nos ſumus*. Hoc ſenſu 1. Cor. 9. 5. Jacobus & Joannes dicuntur *Fratres Domini*. Ruth. 4. 3. Booz vocat Elimelechum אחינו *fratrem noſtrum*, cujus erat tantummodo cognatus; immo nec propinquior cognatus. Hoc ſenſu dicunt Judæi Chriſto Domino, Math. 12. 47. *Ecce mater tua & fratres tui*. לא תשנא את אחיך Levit. 19. 17. *Non odio habebis fratrem*, id eſt, *proximum tuum*. וישבעו איש לאחיו Gen. 36. 31. Iſaac & Abimelech *jurarunt uterque fratri ſuo*. Hoc ſenſu Math. 5. 22. *Quicunque iraſcitur fratri ſuo*, τῷ ἀδελφῷ ἀυτȣ.

בית. Proprie *domus*; ſæpe pro *loco*, *vaſe*, & quovis continente. בית האסורים Judic. 16. 21. *Domus vinctorum*, *carcer*, בית הכלוא Jerem. 37. 4. *carcer*. בית עולם Eccl. 12. 5. *ſepulchrum*. בית מועד Job. 30. 23. *idem*, quia ſepulchrum locus eſt quo conveniunt omnes. בית היין Cant. 2. 4. *domus vini*, *cellarium*.

עץ *Lignum*, ſæpiſſime *arbor*. תדשא הארץ עץ Gen. 1. 11. *Germinet terra arbores*. עץ

ורע טוב הדעת ,רעץ חיים Gen. 2. 9. *Arbor vitæ, & arbor scientiæ boni & mali.*

Hinc Apoc. 2. 7. *Vincenti dabo edere* ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, *ex ligno vitæ.*

פרי, proprie *fructus arborum*: sed apud Hebræos multa alia significat. פרי בטן *Filius*. מפרי בטנך Psal. 132. 11. *De fructu ventris tui ponam*, &c. Luc. 1. 41. *Benedictus fructus ventris tui*, ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Act. 2. 30. *De fructu lumbi ejus*, ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. פרי פי *Fructus oris, sermo*. מפרי פי איש תשבע בטנו Prov. 18. 20. *De fructu oris uniuscujusque satiabitur venter ejus*. Heb. 13. 15. *Propter hoc offeramus hostiam laudis semper Deo*, id est, καρπὸν χειλέων, *fructum labiorum confitentium nomini ejus*.

זרע *semen*, *liberi*, *posteri*. שת לי אלהים זרע אחר Gen. 4. 25. *Posuit mihi Deus semen aliud*, id est, *alium filium*. והתברכו בזרעך Gen. 22. 18. *Benedicentur in semine*, *filio*, *postero tuo*. Joan. 8. 33. σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, *Semen*, id est, *posteri Abrahæ sumus*.

גוי, proprie gens quælibet. Dicitur tamen sæpius per appropriationem quamdam de gentibus infidelibus, & a Republica Israelica alienis. קנינו את אחינו היהודים הנמכרים לגוים Nehem. 5. 8. *Redemimus fratres nostros Judæos venditos gentibus*. Hinc Math. 10. 5. εἰς τὴν ὁδὸν ἐθνῶν

μὴ

μὴ ἀπέλθητε, in viam gentium ne abieritis. Hinc Paulus *Apostolus gentium* dicitur; gentesque ubique in novo Testamento Judæis opponuntur.

יבשה, proprie *arida*, usurpatur pro *terra*: אשר עשה את הים ואת היבשה Jon. 1. 9. *Qui fecit mare & aridam*, id est, *terram*. ויקרא אלהים ליבשה ארץ Gen. 1. 11. *Et vocavit Deus aridam terram*. Hinc Math. 23. 15. *περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, circuitis mare & aridam*.

נפש, *Anima*, etiam hominem, immo hominis cadaver significat. ונכרתה הנפש ההוא Gen. 17. 14. *Et exscindetur anima illa*, id est, *homo ille*. תן לי נפש Gen. 14. 21. *Da mihi animas*, id est, *homines*. אל נפש מת לא יבוא Num. 6. 6. *Ad animam*, id est, *ad cadaver mortui non accedet*. כל הנגע בנפש האדם אשר ימות Num. 19. 13. *Omnis tangens animam*, id est, *cadaver hominis qui mortuus fuerit*. לנפש לא יטמא Levit. 21. 1. *In mortuo non contaminet se*. אם יגע טמא נפש Agg. 2. 14. *Si tetigerit immundus cadaver*.

Observandum multa nomina vere pluralia, & a nomine singulari descendentia sumi nihilominus singulariter, jungique adjectivis, pronominibus, ac personis verborum singularibus. Talia sunt אלהים, אדנים, בעלים, בהמות, תהמות, חכמות, &c. בראשת ברא אלהים Gen. 1. 1. *In principio*

creavit Deus. כי אלהים קדשים הוא Jos. 24. 19. & alibi, ad verbum, *quia Dii sancti ipse est:* id est, *quia Deus sanctus ipse est.* מלך אשור אדוניו 2. Reg. 19. 4. *Rex Assur Dominus ejus*, ad verbum, *Domini ejus*. גם בעליו יומת Exod. 21. 29. *Etiam Dominus ejus morietur.* שאל נא בהמות, ותורך Job. 12. 7. *Interroga nunc jumentum, & docebit te.* חכמות בנתה ביתה Prov. 9. 1. *Sapientia ædificavit domum suam.* בתהמות רבה Psal. 78. 15. *In abysso magna.* להיות פקדים בית יהוה Jerem. 29. 30. *Ut sis præfectus domus Domini.*

Ajunt Grammatici id fieri ad denotandam rerum istarum magnitudinem & excellentiam. Sic תהלות ישראל Psal. 22. 4. *Laudes Israelis*, id est, *omnimoda laus Israelis*. ישועות Psal. 42. 6. *Salutes*, id est, *perfecta salus*. מותי ערלים Ezech. 28. 10. *Mortibus incircumcisorum*, id est, *morte truculenta*. חסדי יהוה Thren. 3. 22. *Misericordiæ Domini;* id est, *maxima Domini misericordia est, quod non sumus consumti*, &c.

CAPUT VIGESIMUM-QUINTUM.

De Syntaxi Pronominum.

I.

De Convenientia pronominis cum antecedente.

I. PRONOMEN concordare consuevit cum antecedente genere & numero.

II. Cum duo substantiva numeri singularis, a fortiori diversi numeri, unum habent pronomen, plurale est illud pronomen. זכר ונקבה ברא אותם Gen. 1. 27. *Masculum & fœminam creavit eos.*

III. Cum duo substantiva diversi generis idem habent pronomen, ponitur istud pronomen in masculino, ut exemplo allato patet.

IV. Nonnunquam pronomen a suo substantivo discordat genere & numero. אם חבל תחבל שלמת רעך , בבוא השמש , תשבנו לו Exod. 22. 25. *Si pignore acceperis vestem proximi tui, antequam occumbat sol, restitues eam illi.* נו ad litteram *eum*, pro נה *eam*, uti legendum esset, cum pronomen

illud ſit relativum שלמת *veſtis*, quod nomen eſt fœminini generis. עמל הכסילים תיגענו Eccl. 10. 10. *Labor ſtultorum affliget eos*. תיגענו ad litteram *affliget eum*. אסרי לגפן עירה, כבס ביין סותה Gen. 49. 11. *Ligans ad vitem pullum ſuum*. עירה pro עירו, *lavans in vino veſtimentum ſuum*. סותה pro סותו. אשי יהוה הוא נחלתו Joſ. 13. 14. *Holocauſta Domini, illud*, pro *illa ſunt hæreditas ejus*. זעקה אשר כמהו לא נהיתה Exod. 1. 6. *Clamor cui ſimilis non fuit*. זעקה fœmininum, הו maſculinum. Deut. 21. 10. *Cum egreſſus fueris in prælium contra hoſtes tuos*, ונתנו, *& dederit eum Deus in manus tuas: eum* pro *eos*. Joſ. 2. 4. *Suſcepit mulier illa duos viros illos*, ותצפנו, *& abſcondit eum*, id eſt, *eos*. Legitur Num. 27. 7. להם *illis*, pro להן. Ruth. 1. 13. להן pro להם *illos*. Ruth. 1. 8. עמכם pro עמכן *vobiſcum fœm.* Iſa. 3. 16. רגליהם pro רגליהן *pedes earum*. Jud. 19. 24. אותם & להם pro אותן & להן. Thren. 2. 20. *Comedent mulieres*, פרים pro פרין, *fructum ſuum*. Non pauca ſunt alia ejuſcemodi exempla.

Hinc forte ortæ ſunt non abſimiles quæ in novo Teſtamento occurrunt anomaliæ. Math. 28. 19. *Euntes docete* πάντα τὰ ἔθνη, *omnes gentes, baptizantes eos*, αὐτὰς. Joan. 15. 26. πνεῦμα, *Spiritus qui à Patre procedit*, ἐκεῖνος, *ille*, &c. Joan. 16.

13. ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα, *ille Spiritus*. Gal. 4. 19. τεκνία μου οὓς πάλιν ὠδίνω, *Filioli mei, quos iterum parturio*. Rom. 9. 29. *Vasa misericordiæ*, σκεύη οὓς, *quos præparavit*. Coloff. 2. 19. τὴν κεφαλὴν ἐξ οὗ, *Caput ex quo*. Philipp. 3. 20. *Nostra conversatio in cœlis est*, ἐν οὐρανοῖς ἐξ οὗ, *ex quo*, pro *ex quibus*. Philipp. 2. 15. *In medio generationis*, ἐν μέσῳ γενεᾶς ἐν οἷς, *in quibus*, pro *in qua*, &c.

Non sunt istæ irregularitates omnino incognitæ Latinis. Hymnus Laudum tempore Adventus: *Verbum supernum prodiens, qui natus orbi subvenis*. Horat. *Daret ut catenis fatale monstrum, quæ generosius perire quærens*. Terent. *Ut Di illum Deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est*.

II.

De ordine ac valore pronominum separatorum.

I. PRONOMINA separata adjective sumta sequuntur suum substantivum, sumuntque articulum ה. בעת ההוא Gen. 21. 22. *In tempore illo*. דברים האלה Gen. 44. 6. *Verba ista*. בימים ההם Gen. 6. 4. *In diebus illis*.

II. Cum pronomina præcedunt nomen suum, sive illud substantivum sit, sive

adjectivum, ſubintelligendum eſt verbum ſubſtantivum. אלה תולדות Gen. 6. 9. *Hæ generationes*, id eſt, *hæ ſunt generationes.* זה חדש Eccl. 1. 10. *Hoc novum*, ſupple, *eſt.* מי דויד ומי בן ישי 1. Sam. 25. 10. *Quis David, & quis filius Iſai?* id eſt, *quis eſt David, & quis eſt filius Iſai?* זאת המנוחה Iſa. 28. 12. *Hæc eſt requies.*

III. Immo ſubintelligendum eſt verbum ſubſtantivum cum pronominibus ſeparatis, etiam cum nomen ſuum ſequuntur. כי עפר אתה Gen. 3. 19. *Quia pulvis tu*, id eſt, *quia pulvis es.* מרגלים אתם Gen. 42. 9. *Exploratores vos*, ſupple, *eſtis.* אחותי היא Gen. 20. 2. *Soror mea hæc*, adde, *eſt.* כי טובות הנה Gen. 6. 2. *Quia pulchræ illæ*, ſubaudi, *erant.*

IV. Pronomen tertiæ perſonæ הוא, היא, *ille, illa*, junctum pronominibus primæ & ſecundæ perſonæ, idem valet ac *ipſe*. Iſa. 41. 4. *Quis fecit prima & noviſſima?* אני הוא *Ego ipſe.* אתה הוא מלכי Pſal. 44. 5. *Tu ipſe Rex meus.*

III.

De Pronominibus affixis.

I. AFFIXA nominum, id eſt, juncta nominibus, vertenda ſunt per pronomina poſſeſſiva. אמי *Mater mea.* שדינו *Agri noſtri.* אביך *Pater tuus.* ידכם

Manus vestra. צדקתם *Justitia eorum.*

II. Excipiuntur affixa nominum numeralium, quæ vertenda sunt per pronomina primitiva. ויצאו שניהם Num. 12. 5. *Egressi sunt ambo illi.* צאו שלשתכם Num. 12. 4. *Egredimini tres vos.*

III. Affixa nominum interdum active, interdum passive sumenda sunt. חמסי *Violentia mea*, duplici sensu sumi potest; aut pro violentia quam facio, aut pro violentia quæ fit mihi. מוסרותיך *Vincula tua*, id est, *vincula quibus vincis alios*, vel *quibus vinciris ab aliis*. Quo autem sensu sumenda sint, demonstrat ut plurimum loci exigentia. שמעתי תפלתך Isa. 38. 5. *Audivi orationem tuam.* Manifestum est affixum ך active sumi; *orationem tuam*, id est, *orationem a te factam*. בבית תפלתי Isa. 56. 7. *In domo orationis meæ.* Manifestum est affixum י sumi passive. *In domo orationis meæ*, id est, *in domo in qua servi mei orant me*. Gen. 50. 4. *Præterierunt dies* בכיתו *fletus ejus*, id est, *de eo*. חמסי Jerem. 51. 35. *Injuria quæ fit mihi.* שמעך Nahum. 3. 19. *Rumor tuus*, id est, *de te*. עם חרמי Isa. 34. 5. *Populus anathematis mei*, id est, *quem anathemati devovi*. אנשי ריבך Isa. 41. 11. *Viri contentionis tuæ*, id est, *qui contra te rixantur*. Si juberet loci exigentia, verti posset, *viri contra quos rixaris*.

IV. Affixa verborum & dictionum, id

est, juncta verbis aut particulis, vertenda sunt per pronomina primitiva. אשלחך אליהם Gen. 37. 13. *Mittam te ad eos.* Sed de iis jam supra, cap. 16. & 17.

V. Præcedunt nonnunquam affixa antecedens suum, id est, nomen ad quod referuntur. ותפתח ותראהו את הילד Exod. 2. 6. *Et aperuit, & vidit ipsum infantem.* הו ante ילד.

I V.

De Pronominibus demonstrativis.

I. CUM repetitur pronomen demonstrativum, nota est distributionis. ויקרא זה אל זה Isa. 6. 3. *Clamavit hic ad hunc*, id est, *alter ad alterum*. אלה ברכב ואלה בסוסים Psal. 20. 8. *Alii in curribus, alii in equis.*

II. Demonstrativum זה nominibus numeralibus præpositum, vertendum est per *jam*, *nunc*, *modo*, *tandem*, &c. זה עשרים שנה אנכי עמך Gen. 31. 38. *Jam viginti annos tecum sum.*

III. Præfixum ה respondet articulo Græcorum ὁ ἡ τὸ. Interdum vim aliquam addit nomini, cui præponitur, ideoque a Grammaticis dicitur hoc in casu ה *notificativum*, *demonstrativum*, *emphaticum*; interdum vero nullam.

V.

De Pronominibus interrogativis.

I. Dictum est cap. 3. §. 5. מי, *quis, quæ*, interrogativum esse personæ. מי דויד ומי בן ישי 1. Sam. 25. 10. *Quis est David, & quis est filius Isai?* מי אתה בני Gen. 27. 18. *Quis es tu, fili mi?* מי את בתי Ruth. 1. 16. *Quæ es tu, filia mea?* Legitur tamen מי שמך Jud. 13. 17. *Quod est nomen tuum?* מי פשע יעקב Mich. 1. 5. *Quodnam est peccatum Jacob?* Unde fit manifestum מי nonnunquam esse, sicut & מה, interrogativum rei.

II. Dictum est pariter מה esse interrogativum rei. מה משפט האיש 2. Reg. 1. 7. *Quisnam est habitus viri illius?* מה שמך Gen. 32. 27. *Quodnam est nomen tuum?* מה אנש Psal. 8. 5. *Quid*, seu *quantulum rei est homo?*

III. Dictum est denique, ea pronomina non semper esse interrogativa. דבר מה יראני Num. 23. 3. *Verbum quod ostenderit mihi.* Notandum insuper מה sequente relativo ש, fieri relativum, & æquivalere pronomini *is, ea, id.* מה שהיה Eccl. 1. 9. *Id quod fuit.*

IV. Cum interrogativum מי post substantivum ponitur, per genitivum possessoris reddendum est. את שור מי לקחתי

וחמור מי לקחתי 1. Sam. 12. 4. *Bovem cujusnam accepi, aut asinum cujusnam accepi?* בן מי אתה 1. Sam. 17. 58. *Filius cujus es tu?*

V. Interrogativum מי reddendum similiter est per genitivum aut dativum, cum ei præfigitur littera ל. למי אתה ולמי אלה לפניך? Gen. 32. 17. *Cujus es tu, & cujus sunt ista ante te?*

VI. Interrogativum מי non tantum *quis*, sed & *si quis* sæpe significat: מי חכם וישמר אלה Psal. 107. 43. *Quis sapiens & custodiet hæc?* id est, *si quis est sapiens, is custodiet hæc*. Hinc Jacob. 3. 13. *Quis sapiens & disciplinatus inter vos?* Id est, *si quis sapiens est*, &c.

VII. Littera ה voci præfixa sæpe locum tenet interrogativi, ideoque vocatur ה *interrogativum*. האיש כמוני יברח Nehem. 6. 11. *An vir sicut ego fugiet?*

VI.

De Pronomine Relativo.

I. CUM relativum אשר *qui, quæ, quod*, sit cujuslibet generis, numeri ac casus, non potest cum suo antecedente non concordare.

II. Sæpe subintelligitur istud pronomen וכל יֶשׁ לוֹ, נָתַן בְּיָדוֹ Gen. 39. 4. ad verbum: *Et omne est ei, dedit in manu ejus*, id est

omne quod est illi. ויפל בשחת יפעל Psal. 7. 16. *Incidit in foveam fecit*, id est, *quam fecit*. Evidens est deesse אשר. אשרי אנש יוכיחנו אלוה Job. 5. 17. *Beatus vir*, deest אשר, & superfluit נו, *quem corripit eum Deus*. שפת לא ידעתי אשמע Psal. 81. 6. *Labium non novi audiam*, id est, *quod non novi*. אשרי דרכי ישמרו Prov. 8. 32. *Beati*, subaudi *qui*, *vias meas custodient*. בידו רצפה במלקחים לקח מעל דמזבח Isa. 6. 6. *In manus ejus carbo*, supple אשר *quem*, *forcipe tulerat de altari*. Thren. 1. 14. *Dedit me Dominus* בידי לא אוכל קום *in manus non potero surgere*, subauditur *de quibus*. יאבד יום אולד בו Job. 3. 3. *Pereat dies, nasciturus eram in eo*, id est, *utinam periisset dies in quo eram nasciturus*. 2. Paral. 16. 9. *Oculi Domini discurrunt, ut robustum se exhibeat*, עם לבבם שלם ad verbum, *cum cor eorum integrum*, id est, עם אשר *cum iis quorum cor integrum est*. או עם שרים זהב להם Job. 3. 15. *Aut cum Principibus, aurum ipsis*, id est, *quibus est aurum*; deficit אשר, & superfluit להם. הודעת להם את הדרך ילכו בה Exod. 18. 20. *Notam fecisti eis viam, ambulabunt in ea*, id est, *in qua ambulabunt*; deest באשר *in qua*, & redundat בה *in ea*.

Modus loquendi parallelus habetur 1. Joan. 3. 12. ὀυ καθὼς Κάϊν, ἐκ πονηροῦ ἦν. *Non sicut Cain, ex maligno erat*, adde *qui*, ac fit *qui ex maligno*, id est, *qui malus erat*.

III. Sæpe expreſso relativo אשר, reticetur illius antecedens *ille*, *ipſe*. ויאמר יוסף לאשר על ביתו Gen. 44. 4. ad verbum: *Et dixit Joſeph cui ſuper domum ſuam*, id eſt, *ei qui erat ſuper domum ſuam*. כי אל אשר תלך אלך Ruth. 1. 16. *Nam ad quem ibis, ibo*, id eſt, *ad locum ad quem ibis, ibo*.

Hinc Rom. *6.* 21. *Quem igitur fructum habuiſtis*, ἐφ' οἷς, ad verbum, *de quibus*, id eſt, *ex illis de quibus nunc erubeſcitis*. Joan. 3. 34. *Is quem miſit Deus verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum*, ſupple *ei*.

IV. Nonnunquam & relativum, & antecedens ſimul reticentur. שלח נא ביד תשלח Exod. 4. 13. *Mitte, quæſo, per manum* (ſubaudi *illius quem*) *miſſurus es*. אחרי לא יועילו הלכו Jerem. 2. 8. ad verbum, *poſt non proſunt ambulant*, id eſt, *poſt Idola quæ non proſunt ambulant*; quaſi ſcriptum eſſet, אחרי אלילים אשר. 1. Paral. 15. 12. *Et aſcendere facietis arcam*, אל הכינותי לו ad verbum, *ad præparavi ei*, id eſt, *ad locum quem præparavi ei*, אל המקום אשר, ſicut exprimitur Exod. 23. 20. זה מקום לא ידע אל. Job. 18. 21. *Iſte locus non novit Deum*, id eſt, *illius qui non novit Deum*.

V. Sæpe אשר fit adverbium, geritque vices quamplurimarum particularum, *ut*,

quod, *quia*, *nam*, *si*, *cum*, *quando*, *quo*, *ubi*, &c. *Ut*. אשר לא ישמעו איש שפת רעהו Gen. 11. 7. *Ut non audiret quisquam labium proximi sui*. אשר ידעון כי Jos. 3. 7. *Ut sciant quia*. אשר ייטב לך Ruth. 3. 1. *Ut bene sit tibi*. *Quod*, *quia*. הגיד להם אשר הוא יהודי Esth. 3. 4. *Nuntiavit eis quia ipse Judæus erat*. *Nam* אשר מי אל בשמים, ובארץ Deut. 3. 24. *Nam quis Deus in cœlo & in terra?* *Si*. את הברכה אשר תשמעו אל מצות יהוה Deut. 11. 27. *Benedictionem si audieritis præcepta Domini*. *Quando*. אשר תבואן צאן לשתות Gen. 30. 38. *Quando venient oves ad bibendum*. *Quo*. באנו אל הארץ אשר שלחתנו Num. 13. 27. *Venimus ad terram, quo*, seu *ad quam misisti nos*. *Ubi*. המה מי מריבה, אשר רבו בני ישראל את יהוה Num. 20. 13. *Hæ sunt aquæ Meribæ*, seu *Contentionis*, *ubi rixati sunt filii Israel contra Dominum*.

VI. Demonstrativa זה ; זו ponuntur interdum loco relativi אשר. ברשת זו טמנו Psal. 9. 17. *In rete quod absconderunt*. בארח זו הלך Psal. 142. 4. *In via qua ambulo*. אל מקום זה יסדת להם Psal. 104. 8. *Ad locum quem fundasti eis*. עם זו יצרתי לי Isa. 43. 21. *Populum quem formavi mihi*.

Notandum non minus recte dici posse in his & similibus locis post זה & זו subaudiri אשר. *Populus iste quem formavi mihi*. *Ad locum hunc quem fundasti eis*.

Rete illud quod absconderunt, &c.

VII. Conjunctiones ו *&*, & כי *quia*, nonnunquam usurpantur loco pronominis אשר. Isa. 8. 3. *Et accessi ad Prophetissam* ותהר, *& concepit*, id est, *quæ concepit*. Malach. 3. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum* ופנה, *& præparabit*, id est, *qui præparabit*. Exod. 10. 25. *Holocausta dabis nobis* ועשינו *&*, id est, *quæ offeremus Domino*. Gen. 3. 19. *Donec revertaris in terram* כי ממנה, *quia de ea sumtus es*, id est, *de qua sumtus es*. Gen. 4. 25. *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel*, כי *quia*, id est, *quem occidit Cain*. Psal. 90. 4. *Tanquam dies hesterna* כי *quæ præteriit*. Prov. 11. 15. *Affligetur malo* כי *qui spondet pro extraneo*. Prov. 20. 16. *Tolle vestimentum ejus* כי *qui spopondit pro alieno*.

VII.

De Pronomine reciproco.

I. CARENT Hebræi pronominibus reciprocis, verum ea exprimunt per affixa tertiæ personæ. בשתים יכסה פניו ובשתים יכסה רגליו Isa. 6. 2. *Duabus velabat faciem ejus*, id est, *suam*, *& duabus velabat pedes ejus*, id est, *suos*. ויראו בקפיהם Gen. 42. 35. *Et viderunt pecunias suas*.

II. Docet loci exigentia, quandonam pronomen affixum tertiæ personæ verten-

dum ſit per pronomen primitivum, quandonam per reciprocum; id eſt, per *ejus*, an per *ſuus*, &c.

III. Pronomen הוא junctum pronominibus primæ & ſecundæ perſonæ, eis confert vim pronominis reciproci. אני הוא *Ego ipſe*. אתה הוא *Tu ipſe*.

IV. Nomina עצם & נפש non raro obtinent vim nominis reciproci, *ille ipſe*, *ipſemet*, *ipſummet*, &c. עצם uſurpatur de re, נפש de perſona. בעצם היום הזה Gen. 7. 13. *In ipſo die illo*. נשבע אדני בנפשו Amos. 6. 8. *Juravit Dominus per animam ſuam*, id eſt, *per ſeipſum*. מה תאמר נפשך ואעשה לך 1. Sam. 20. 4. *Quod dixerit anima tua*, id eſt, *quod dixeris*, *faciam tibi*; eo fere modo quo pronomen ſecundæ perſonæ exprimunt Itali & Hiſpani, per *Voſtra Signoria*, *Vueſtra Merced*. Hanc vocem נפש affixis junctam eodem ſenſu uſurpant Chaldæi, Syri, & Arabes.

Hinc Joan. 12. 25. φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. *Qui amat animam ſuam*, *qui odit animam ſuam*.

V. Rarum eſt quod occurrit Ezech. 34. 2. *Væ Paſtoribus Iſrael*, אשר היו רועים אותם Vulgata vertit, *qui paſcebant ſemetipſos*, accepitque אותם reciproce & recte.

VIII.

Varii Hebraiſmi circa Pronomina.

SÆPE ſuperfluunt, ſæpe reticentur pronomina quædam.

I. Pronomen primitivum dativi caſus redundat ſæpiſſime. לך לך מארצך Gen. 12. 1. *Vade tibi de terra tua*, id eſt, *exi de terra tua*. מפלטי לי Pſal. 144. 2. *Liberator meus mihi*. פרע בודד לו Oſe. 8. 9. *Onager ſolitarius ſibi*. אלך לי אל הר Cant. 4. 6. *Ibo mihi ad montem*. אם לא תדעי לך Cant. 1. 8. *Si ignoras te*. שבו לכם פה Gen. 22. 5. *Sedete vobis hic*, id eſt, *ſedete hic*. הבו לכם Deut. 1. 13. *Date*. ונס לו Iſa. 31. 8. *Et fugiet ſibi*, id eſt ſimpliciter, *fugiet*. העגלה מלאה לה עמיר Amos. 23. 13. *Plauſtrum plenum ſibi manipulis*; לה ſuperfluit. רבה שבעה לה נפשנו הלעג Pſal. 123. 4. *Multum ſaturata eſt ſibi anima noſtra ſubſannatione*. גם דור עשרי לא יבא להם בקהל יהוה Deut. 23. 4. *Etiam generatione decima non intrabit* להם *eis in Eccleſiam Dei*.

Apud Syros frequens eſt idem Pleonaſmus. Math. 3. 2. קרבת לה *Appropinquat ſibi regnum cælorum*. Math. 4. 12. שני לה *Seceſſit ſibi in Galilæam*. Math. 4. 10. זל לך *Vade tibi, Satana*. Math. 7. 23. ארחקו לכון *Diſcedite vobis a me, operarii iniquitatis*.

Nec eſt omnino incognitus Græcis, & La-

Latinis. τούτῳ μοι προσέχετε νῦν. Demosth. *Huic mihi mentem advertite*. τί σοι μαθήσομαι *Quid tibi docebor? Suo sibi hunc gladio jugulo*. Terent. *Scin ubi nunc sit tibi tua Daphnis*. Cicero.

II. Sæpe duo pronomina pronuntur, quamvis unum sufficiat. כי אתו כהיום תמצאון אתו 1. Sam. 9. 13. *Quia eum hac ipsa hora invenietis eum*. אשר זרעו בו Gen. 1. 11. *Cujus semen ejus in eo*. הלילה הוא יקחהו אפל Job. 3. 8. *Noctem illam occupet illam caligo*: vel, *Nox illa, occupet illam caligo*. גם אתו הכהו 2. Reg. 9. 27. *Etiam illum percute illum*. ארץ מגריהם אשר גרו בה Exod. 6. 4. *Terra peregrinationis eorum, qua peregrinati sunt in ea*. Verterunt 70. ἐν ᾗ καὶ παρῴκησαν ἐπ' αὐτῆς, *in qua & incoluerunt in ea*. Hæsit eo loci Augustinus, lib. 2. Locutionum de Exodo.

Hinc Act. 15. 17. *Omnes gentes*, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς, *super quas invocatum est nomen meum super eas*. Matth. 8. 1. καταβάντι δὲ αὐτῷ ἀπὸ ὄρους, ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, ad verbum; *Descendentem eum de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ*. Marc. 7. 25. *Mulier*, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς, *cujus habebat filia ejus spiritum immundum*. Redundat αὐτῆς. Similiter & Joan. 1. 27. Act. 15. 17. &c.

III. Sæpe substantivo adjungitur pro-

nomen, etsi substantivum solum plene sufficiat. Ita autem adjungitur, ut interdum præcedat, interdum sequatur. את יהוה צבאות אתו תקדישו Isa. 8. 13. *Dominum exercituum ipsum sanctificabitis.* כמוץ אשר תדפנו רוח Psal. 1. 4. *Sicut gluma quam dispellit eam ventus.* ומעץ הדעת טוב ורע לא תאכל ממנו Gen. 2. 17. *Et de arbore scientiæ boni & mali non comedes ex ea.* ותראהו את הילד Exod. 2. 6. *Et vidit ipsum puerum.* Redundat הו. עונותיו ילכדנו את הרשע Prov. 5. 22. *Iniquitates ejus capient eum impium.* Redundat נו. וישנו את טעמו 1. Sam. 21. 14. *Et mutavit eam speciem suam.* Redundat in voce וישנו.

Hinc Apoc. 6. 4. *Et exivit alius equus rufus, & sedenti super eo datum est ei, sumere pacem de terra.* Redundat αὐτῷ, Matth. 21. 41. κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτοὺς *Malos male perdet ipsos.*

IV. Repetuntur interdum pronomina ad emphasim. אני אני אטרוף Ose. 5. 14. *Ego, ego rapiam.* אנכי אנכי הוא מחה פשעיך Isa. 43. 25. *Ego, ego ipse delens iniquitates tuas.* לך לבדך חטאתי Psal. 51. 6. *Tibi, tibi soli peccavi.* ברכני גם אני אבי Gen. 27. 34. *Benedic mihi etiam mihi, Pater mi.* בי אני אדני העון 1. Sam. 25. 24. *In me, in me, Domine, iniquitas ista sit.* הצום צמתוני אני Zach. 7. 5. *An jejunium jejunastis mihi, mihi, inquam?* הודעתיך היום אף אתה Prov.

22. 19. *Nota facio tibi hodie*, *etiam tibi*.

V. Visum est supra non raro reticeri pronomen relativum אשר. Reticentur & alia pronomina. 2. Reg. 10. 23. *Videte ne sit hic vobiscum* מעבדי יהוה *de servis Domini* : subauditur *aliquis*. והפל ארצה מן הצבא, ומן הכוכבים Dan. 8. 10. *Et dejecit in terram*, supple *multos* vel *quosdam*, *de exercitu*, *&* *de stellis*.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

De Syntaxi Verborum.

I.

De Convenientia Verbi cum suo Nominativo.

I. VERBUM cum nominativo concordat genere, numero, & persona.

II. Cum duo nominativi diversi generis unum verbum regunt, verbum illud ut plurimum generis est masculini. מנוח ואשתו ראים Jud. 13. 20. *Manue & uxor ejus videntes*. Interdum concordat verbum cum nominativo proximiori. ותכתב אסתר ומרדכי Esther. 9. 29. *Et scripsit Esther & Mardochæus*.

III. Cum duo nominativi numeri sin-

gularis, aut diversi numeri idem verbum regunt, verbum illud ut plurimum ponitur in numero plurali. אתה ובניך תשאו Num. 18. 1. *Tu & filii tui portabitis.* Non nunquam concordat cum nominativo proximiore. צא מן התבה אתה, ואשתך, ובניך Gen. 8. 16. *Egredere de arca tu, & uxor tua, & filii tui:* quod non rarum est apud Latinos. *Paupertas mihi onus visum est. Amantium iræ amoris redintegratio est.* Nonnunquam etiam cum remotiore. האשה וילדיה תהיה לאדניו Exod. 21. 4. *Mulier & filii ejus erit domino ejus.* תהיה *erit*, pro יהיו *erunt*. צרה וחבלים אחזתה Jerem. 49. 24. *Angustia & dolores apprehendet eam. Apprehendet*, pro *apprehendent*. מספר שנים נצפנו Job. 15. 20. *Numerus annorum absconditi sunt.* קול שמעה הנה באה Jerem. 10. 22. *Vox rumoris ecce venit.* באה congruit cum שמעה, cum congruere deberet cum קול.

IV. Sæpe verbum a nominativo discordat genere. יאבד את לב מתנה Eccl. 7. 7. *Perdet animum donatio.* ויבא עליך רעה Isa. 47. 11. *Veniet super te malum.* Nominativus in his exemplis fœminini est generis, verbum masculini. ואתי שדוד מה תעשי Jerem. 4. 30. *Et tu vastata, quid facies?* שדוד pro שדודה.

V. Sæpe verbum a nominativo discordat numero. וכל הארץ באו מצרימה Gen.

41. 57. *Et omnis terra venerunt in Ægyptum*. יהי מארות Gen. 1. 14. *Fiat luminaria* בנות צעדה Gen. 49. 22. *Filiæ discurrit*. בהמות השדה תערוג Joel. 1. 20. *Bestiæ agri clamabit*. ולא יהיה עוד המים Gen. 9. 15. *Et non erit amplius aquæ diluvii*. ידינו לא שפכה Deut. 21. 7. *Manus nostræ non effudit*. שתי כתפת חברת יהיה Exod. 28. 7. *Duæ oræ junctæ erit*. מחלליה מות יומת Exod. 31. 14. *Prophanantes illud morte morietur*. ויאמר בני גד Num. 32. 25. *Et dixit*, id est, *dixerunt*, *filii Gad*. ויהי ידיו Exod. 17. 12. *Et fuit*, id est, *fuerunt manus ejus*.

VI. Interdum etiam persona verbi a nominativo suo discordat, eaque irregularitas a Grammaticis vocatur personarum *enallage* seu *commutatio*. כלם שובו Job. 17. 10. *Omnes ipsi revertimini*. כלם pro כלכם. *Audite*, *populi omnes vos*. כי יבשו מאילים אשר חמדתם Isa. 1. 29. *Quia pudefient propter lucos quos desiderastis*. יבשו *pudefient*, pro תבשו *pudefietis*. באשת נעוריך לא יבגד Malach. 2. 15. יבגד pro תבגד. *In uxorem adolescentiæ tuæ ne perfide agas*. ואלמנותיך עלי תבטחו Jerem. 49. 11. *Et viduæ tuæ in me confident*.

Observandum Grammaticorum nonnullos has & similes locutiones ab anomalia saltem stricte dicta variis modis, nec incongrue quoad partem aliquam, vindicare. Ajunt etenim ...

Primo Anomaliam non esse proprie, cum nomini collectivo singulari jungitur verbum plurale; cum nomina collectiva etiam numero singulari pluralitatem quamdam vere designent. Hinc non est major anomalia in illo loco Geneseos 41. 11. וכל הארץ באו מצרימה *Et omnis terra venerunt in Ægyptum*, quam in istis: *Turba ruunt, pars mersi tenuere ratem.* ὁ πολὺς λεὼς χαίρουσι. Lucian. *Multitudo populi gaudent.* Matth. 1. 21. *Ipse enim salvum faciet* τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, *populum suum a peccatis eorum.*

Secundo Nec Anomaliam esse saltem stricte dictam cum nomen plurale distributionem aut partitionem indicans, jungitur verbo singulari. בהמות השדה תערוג Joel. 1. 20. *Bestiæ agri clamabit.* שאל נא בהמות, ותורך Job. 12. 7. *Interroga nunc jumenta, & docebit te.* In his locis sensus est, *unumquodque jumentorum clamabit, & docebit te.*

Tertio Cum fœmininum nomen jungitur verbo masculino, subintelligi interdum nomen masculinum, & viciſſim. יאבד את לב מתנה Eccl. 7. 7. Fœmininum מתנה jungitur verbo יאבד, quod masculinum est. Sed subintellige איש, ut sensus sit איש מתנה *vir donationis, vir munificus pervertet animum*; & omnia concordabunt. Similiter illo loco Isa. 47. 11. ובא עליך

רעה *Et veniet super te malum*, subaudi דבר *negotium*, vel potius יום, uti integre legitur Psal. 27. 5. & habebis constructionem regularem, sensusque erit, *veniet super te dies malus*.

Addi potest, ejuscemodi loca, quæ passim irregularitatis arguuntur, multiplici alia via posse ab irregularitatis vitio defendi, ut exemplis patebit.

Prov. 28. 1. נסו ואין רודף רשע ad verbum, *Fugerunt impius, quamvis nullus sit persequens*. *Fugerunt impius* non concordat. Sed quid vetat quominus dicatur legendum esse נס in singulari, cum 70. & Vulgata: *Fugit impius*, φεύγει ἀσεβὴς, *non* נסו *Fugerunt*. Nam cum vox sequens ואין incipiat ab ו, proclive fuit Amanuensi audienti vel legenti נס ואין, putare quod scribendum fuerit נסו. Jerem. 8. 5. מדוע שובבה העם הזה *Quare rebellis est populus iste?* Fœmininum cum masculino. Sed forte eadem de causa additus est ה in שובבה, propter ה vocis sequentis העם, & superfluit. Exod. 1. 10. כי תקראנה מלחמה *Cum ingruerint bellum*. Sed quare cum 70. Vulgata, Chaldæo Paraphraste & Exemplari Samaritano non legimus תקראנו, *cum ingruerit nobis bellum*, sensu commodiori. Agg. 2. 8. ובאו חמדת כל גוים *Et venient desiderium cunctarum gentium*. Pro חמדת nil vetat quin legatur חמדות,

& venient desideria cunctarum gentium. Immo legendo חמדת, sumi potest ea vox numero plurali, sicut & aliæ multæ, in quibus ו, quod est nota pluralis fœminini, omissum est. Gen. 35. 26. אלה בני יעקב, אשר ילד לו *Hi filii Jacob, qui natus est ei*. Ita vertemus, si punctationi Massorethicæ adhæreamus. Sed si aliter legerimus, vertemus rectius: *Hi sunt filii Jacob quos genuit sibi*. Potest insuper dici לו *sibi*, eo loci esse superfluum, sicut לך לך *vade tibi*. Jerem. 49. 11. ואלמנותיך עלי תבטחו *Et viduæ tuæ in me confident*. Duplex irregularitas, inquiunt quidam; substantivum fœmininum cum verbo masculino, & quidem secundæ personæ. Regulariter dicendum fuisset תבטחנה. Sed jam notatum est supra, cap. 5. §. 5. n. 8. personas futuri fœmininas desinentes in נה, desinere etiam interdum in ו, maxime cum affixis. Nulla ergo eo loci supponenda est irregularitas, & *enallage*. Malach. 2. 15. ובאשת נעוריך לא יבגד. Legendum, inquiunt, תבגד, ut sensus sit: *Et contra uxorem adolescentiæ tuæ ne prævariceris, ne perfide agas*. Sed dici potest יבגד esse in voce passiva, sensumque esse, *& in uxorem adolescentiæ tuæ ne perfide agatur*. Isa. 54. 1. רני עקרה לא ילדה ; פצחי רנה, וצהלי, לא חלה. Sic reddunt hunc locum: *Exulta sterilis, non parit: Vocifera*

exultationem & hinni, non parturivit. Sed quare voces ילדה & חלה sumunt in præterito? Non minus congrue dici possunt esse in participio; tuncque absque anomalia & enallage sensus erit: *Lauda sterilis non pariens*, id est, *quæ non pariebus*. *Decanta laudem & hinni non parturiens*, id est, *quæ non parturiebat*.

Cæterum quamvis, ut patet, ab irregularitate excusari possint, præsertim in nova Methodo, quæ punctis non arctatur, nec servit, plurimæ locutiones quæ ab insignibus Grammaticis cum irregularibus connumerantur; fatendum est non posse omnes universim excusari. Inde autem oritur irregularitatum iste ingens numerus, quod lingua Hebraica manca admodum & imperfecta sit; sacrique Scriptores qui ea usi sunt, longe minus de verbis, quam de rebus fuerint solliciti.

VII. Partes sermonis Hebraici non semper eum locum occupant, quem postulat ordo naturalis, qui in lingua Gallica servari consuevit. Hinc quamvis nominativus sæpe verbum suum præcedat, non raro ei postponitur, sequiturque & verbum, & verbi sui casum. ברא אלהים Gen. 1. 1. *Creavit Deus*. בעורי ובבשרי דבקה עצמי Job. 19. 20. *In cute mea, & in carne mea adhæsit os meum*. חרשיבם ומועדיכם

שנאה נפשי Iſa. 1. 14. *Neomenias veſtras, & ſolemnitates veſtras odit anima mea.*

I I.

De Verbo activo generatim.

I. VERBA activa ut plurimum regunt accuſativum rei, & dativum perſonæ.

II. Verba activa regunt accuſativum rei vel mediante particula את ſeu אות, quæ eſt accuſativi nota; vel nude abſque illa particula. בראשת ברא אלהים את השמים Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum.* כבד את אביך ואת אמך Exod. 20. 12. *Honora patrem tuum & matrem tuam.* ברא אלהים אדם Deut. 4. 32. *Creavit Deus hominem.* עשה שחר Amos. 4. 13. *Faciens Auroram.*

III. Verba activa regunt dativum perſonæ vel mediante littera ל, quæ eſt nota dativi; vel nude abſque illa littera. הטיבה יהוה לטובים Pſal. 125. 4. *Bene fac, Domine, bonis.* לקח טוב נתתי לכם Prov. 4. 2. *Doctrinam bonam do vobis.* ורב יעבוד צעיר Gen. 25. 23. *Et major ſerviet minori.* חבלתו חוב ישיב Ezech. 18. 7. *Pignus ſuum debitori reddiderit.*

I I I.

De Verbo passivo generatim.

I. NOMINATIVUS verborum passivorum non raro annexam habet particulam את, quæ post verba activa nota est accusativi. ישרף באש אתו, ואת כל אשר לו Jos. 7. 15. *Comburetur in igne ipse, & omne quod ejus est.* לא תנתן את העיר הזאת ביד מלך 2. Reg. 18. 30. *Non tradetur civitas hæc in manu Regis.* יבקש את עון ישראל Jerem. 50. 20. *Requiretur iniquitas Israelis.* בגורל יחלק את הארץ Num. 26. 55. *Sorte dividetur terra.* לא יקרא עוד את שמך אברם Gen. 17. 5. *Non vocabitur amplius nomen tuum Abram.* וימלא כבודו את כל הארץ Psal. 72. 19. *Et replebitur gloria ejus omnis terra.* Non omittendum hunc ultimum locum, ut & alia multa, in quibus verbum dicitur esse in passiva conjugatione, non minus commode reddi per activam vocem: *Et replebit gloria ejus omnem terram.*

II. Verba passiva regunt nomen suum, mediante præpositione מן, quæ eadem est cum præpositione Latinorum *a* vel *ab*, aut illius diminutivo מ. נבלעו מן היין Isa. 28. 7. *Absorpti sunt a vino.* והארץ תעזב מהם Levit. 26. 43. *Et terra deseretur ab eis.*

III. Nonnunquam verba paſſiva regunt ſuum nomen immediate & abſque ulla præpoſitione. שכרון ויגון תמלאי Ezech. 23. 33. *Ebrietate & dolore repleberis.* וימלאו אסמיך שבע ותירוש Prov. 3. 10. *Et implebuntur horrea tua ſaturitate & muſto*. Poteſt & iſte locus æque commode ſic verti: *Et implebunt horrea tua ſaturitas & vinum*.

IV. Interdum præfixum ל poſt verba paſſiva tenet locum præpoſitionis מ. כשאר נשמע לסנבלט Nehem. 6. 1. *Cum auditum eſſet Sanabaleto*, id eſt, *a Sanabaleto*. נדרשתי ללוא שאלו ; נמצאתי ללא בקשוני Iſa. 65. 1. *Quæſitus fui ab iis qui non interrogabant; inventus ſum ab iis qui non quærebant me*. נכריות נחשבנו לו Gen. 31. 15. *Extraneæ reputatæ ſumus ipſi*, id eſt, *ab eo*.

V. Verborum intranſitivorum nominativus ſæpe adjunctam habet particulam את, ut & nominativus paſſivorum. Nec mirum, cum utraque ſpecies verborum non multum diſcrepet. את עמוד הענן לא סר Nehem. 9. 19. *Columna nubis non receſſit* את כל הרעה הזאת באה עלינו Dan. 9. 12. *Omne malum iſtud venit ſuper nos*. ואת ברזל נפל על המים 2. Reg. 6. 5. *Et ferrum cecidit in aquas*. ובא הארי/ואת הדוב 1. Sam. 17. 34. *Et veniebat leo, vel urſus*: niſi dicatur hoc ultimo loco את irrepſiſſe loco אף, quod habetur in Chaldæo.

VI. Verborum activorum tertia persona sive singularis, sive pluralis, usurpatur sæpe sensu passivo & impersonali. Ratio est, quod in iis loquendi modis subaudiatur איש *homo*, vel אנשים *homines*: ita ut vox subintellecta iis in locis eumdem sensum habeat ac particula Gallica *on*, quæ, ut notum est, idem significat ac *homo*, descenditque a veteri *homs*. על כן קרא לבאר Gen. 16. 14. *Idcirco vocavit puteum*, id est, *vocatus est puteus*, *on appella ce puits*. Exod. 10. 21. *Extende manum tuam versus cælum, ut sint tenebræ super terram Ægypti*, וימש *&* *palpabit tenebras*, id est, *palpabuntur tenebræ*, *on touchera les tenebres*. כי אמר אלי 1. Sam. 23. 22. *Quia dixit mihi*, id est, *dictum est*, *on m' a dit*. Job. 3. 2. *Pereat dies in qua* אמר *dixit*, id est, *dictum est*, *on a dit*, *natus est homo*. ביום הוא ישא עליכם משל Mich. 2. 4. *In illa die proferet*, id est, *proferetur super vos parabola*. מעולם לא שמעו לא האזינו Isa. 64. 3. *A sæculo non audiverunt, neque auribus perceperunt*, id est, *non est auditum*, &c. לילות עמל מנו לי Job. 7. 3. *Noctes molestiæ constituerunt*, id est, *constitutæ sunt mihi*.

Hinc Luc. 12. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam* ἀπαιτοῦσι, *repetent a te*, id est, *anima tua repetetur a te*. Ibid. 48. *Cui commodaverunt multum, plus petent ab eo*.

Luc. *6.* 38. *Mensuram bonam* δώσουσιν, *dabunt in sinum vestrum*. Joan. 15. *6. Colligent eum*, & *in ignem mittent*. Apoc. *16.* 15. *Ne videant turpitudinem ejus*, id est, *ne videatur turpitudo ejus*.

IV.

De Verbo substantivo.

I. VERBUM substantivum היה ante & post se nominativum postulat, ut & reliqua verba, quæ simplicem connexionem duorum terminorum innuunt. Iste autem nominativus, ut & nominativus verborum passivorum & intransitivorum, sæpe adjunctam habet particulam את. ואת כל העץ פרי לכם יהיה לאכלה Gen. 1. 29. *Et omnis arbor fructifera vobis erit in cibum*.

II. Sæpe nomen sequens verbum היה regitur mediantibus præpositionibus ב & ל, *in*, *inter*, *vice*, *loco*, &c. eodem fere modo quo apud Latinos dicitur *esse in magnis viris*, *celeberrimus est inter Oratores*, &c. יהוה לי בעזרי Psal. 118. 7. *Dominus mihi in auxiliatoribus meis*, id est, *auxiliator meus*. את היית בעכרי Jud. 11. 31. *Tu es in turbatoribus meis*, id est, *turbator meus*. אדני בסמכי נפשי Psal. 54. 6. *Dominus in sustententibus animam meam*, id est, *sustentans me*. אל תהי בתקעי כף Prov.

22. 26. *Ne sis inter complodentes manus*, seu *fidejussores*; id est, *ne sis fidejussor*. אל תהי בסבאי יין, בזוללי בשר Prov. 23. 20. *Ne sis in potatoribus vini, in comessatoribus carnis*; id est, *ne sis potator & comessator*. ביראת יהוה סור מרע Prov. 10. 16. *In timore Domini recedere a malo*, id est, *timor Domini*, seu *verus cultus Domini est recedere a malo*. אהי להם למשל Psal. 69. 12. *Factus sum illis parabola*. אתה תהיה לו לאלהים Exod. 4. 16. *Tu eris ei loco Dei*. משה ואהרן בכהניו Psal. 99. 6. *Moyses & Aaron Sacerdotes ejus*. והיו לבשר אחד Gen. 2. 24. *Et erunt in carnem unam*, id est, *una caro*.

Hinc Matth. 19. 5. *Et erunt duo in carne una*, id est, *una caro*. Matth. 21. 42. *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est* εἰς κεφαλὴν γωνίας, *in caput*, id est, *caput anguli*. 1. Joan. 5. 8. καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν: *Et hi tres in unum*, id est, *unum sunt*.

III. Cum verba substantiva היה & יש sumuntur in sensu possessivo, regunt dativum personæ. עבד עבדים יהיה לאחיו Gen. 9. 25. *Servus servorum erit fratribus suis*. כל יש לו Gen. 39. 4. *Omne quod est ei*.

IV. Sæpe omittitur verbum substantivum etiam cum sensum possessivum habet. כרמי שלי לא נטרתי Cant. 1. 6. *Vineam meam, quæ mihi, non custodivi*; שלי *quæ mihi*,

id est, *quæ est mibi*. ושפה אחת לכלם Gen. 11. 6. *Et labium unum omnibus illis*, subaudi, *est*. ולשרה בן Gen. 18. 10. *Et Saræ erit filius*. גדול עוני Gen. 4. 13. *Major est iniquitas mea*. וחשך על פני תהום Gen. 1. 2. *Et tenebræ erant super faciem abyssi*. אי הבל Gen. 18. 9. *Ubi est Abel?* הנך יפה Cant. 1. 16. *Ecce tu pulcher es*. מרגלים אתם Gen. 42. 9. *Exploratores vos estis*.

Hic Luc. 2. 41. *Gloria in excelsis Deo*, supple, *sit*. Joan. 4. 24. πνεῦμα ὁ Θεὸς, *Spiritus est Deus*. 2. Tim. 3. 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος, *Omnis Scriptura est divinitus inspirata*.

V. Sicut sæpe omittitur verbum substantivum, ita & sæpe superfluit, præsertim sermonis initio. ויהי בימי שפוט Ruth. 1. 1. *Et fuit in diebus quibus judicabant Judices*. ויהי אחרי מות יהושע Jud. 1. 1. *Et factum est post mortem Josue*. והיה כל אשר יקרא בשם יהוה Joel. 3. 5. *Et erit omnis qui invocaverit nomen Domini*.

Hinc Luc. 1. 23. καὶ ἐγένετο, *Et factum est ut impleti sunt dies officii ejus*. Luc. 2. 1. ἐγένετο δὲ, *Factum est autem in illis diebus*. Act. 2. 21. καὶ ἔσται. *Et erit omnis qui invocaverit*, &c. Act. 2. 17. *Et erit in novissimis diebus*.

V.

V.

Observationes nonnullæ circa Participia, Infinitivos, ac Gerundia.

I. PARTICIPIA *Benoni*, & *Paoul* crebro pro nominibus verbalibus usurpantur. Hinc רועה & *pascentem*, & *pastorem* significat. Jerem. 23. 2. *Sic dicit Deus Israelis* על הרועים הרועים את עמי *de pastoribus pascentibus populum meum.* אוהב pro locorum differentia verti potest *amans* vel *amicus*. רופא *sanans* & *medicus*. מושל *dominans* & *dominator*. סוחר *negotians* & *negotiator*. יקוש *auceps*. שכון *habitator*. מושע *salvator*. רכוב *eques*, &c.

Hinc Matth. 4. 3. ὁ πειράζων, *tentans* & *tentator*. Marc. 6. 14. ὁ βαπτίζων, *baptizans* & *baptistes*. 1. Cor. 9. 24. ἀγωνιζόμενος, *certans*, *certator*, *athleta*.

II. Participia ut plurimum eumdem casum postulant ac sua verba: nonnunquam tamen cum genitivo construuntur. בזוי עם Psal. 22. 7. *Contemtus plebis*, id est, *a plebe*. מכה אלהים Isa. 53. 4. *Percussus Dei*, id est, *a Deo*. הרוגיו Isa. 27. 7. *Occisi ejus*, id est, *ab eo*. קרואיו Sophon. 1. 7. *Invitati ejus*, id est, *ab eo*. בוא ברוך יהוה Gen. 24. 3. *Ingredere benedicte Domini*, id est, *a Domino*. למודי יהוה Isa. 54. 13. *Docti Dei*, id est, *a Deo*. ילוד אשה

Job. 14. 1. *Natus mulieris*, id est, *ex muliere*. חולת אהבה Cant. 2. 5. *Ægra amoris*, id est, *præ amore*. תמימי דרך Psal. 119. 1. *Integri viæ*. נקי כפים, ובר לבב Psal. 24. 4. *Innocens manibus, & mundus corde:* sicut apud Latinos, *metuens Legum*, *æger animi*, *reverens Deorum*, *integer vitæ*, *scelerisque purus*, &c.

Hinc Matth. 25. 34. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου *Venite, benedicti Patris mei*, Matth. 11. 1. ἐν γεννητοῖς γυναικῶν, *inter natos mulierum*. Joan. 6. 45. *Erunt omnes docibiles Dei*.

III. Accusativus infinitivorum apud Latinos toties usitatus, apud Hebræos rarissimus est. Occurrit tamen. לא טוב היות האדם לבדו Gen. 2. 18. *Non est bonum esse hominem solum*.

IV. Ut plurimum accusativus ille effertur per nominativum, addita conjunctione כי *quod*, *quia*. מי הגד לך כי עירם אתה Gen. 3. 11. *Quis indicavit tibi te nudum esse?* ad verbum, *quia nudus tu*.

V. Conjunctionis כי in hisce phrasibus non raro fit ellipsis. ידעו גוים אנש המה Psal. 9. 21. *Sciant gentes homo illæ*, id est, *se homines esse*, *quod homines sint*. שמענו אלהים עמכם Zach. 8. 29. *Audivimus Deus vobiscum*, id est, *Deum esse vobiscum*, *quia Deus vobiscum est*.

VI. Gerundia activa sæpe habent si-

gnificationem passivam. Gen. 4. 13. *Major est iniquitas mea* מנשא *a remittendo*, hoc est, *quam ut remittatur*, *ut veniam merear*. Alii: *Major est pœna quam minaris* מנשא *a ferendo*, id est, *quam ut feratur, ut eam ferre possim*. Gen. 4. 26. *Tunc cœptum est invocare*, לקרא id est, *invocari in nomine Domini*. *Scire licet*, inquit Drusius, lib. 6. Præteritorum, p. 198. *verbum activum in gerundio habere significationem passivam. Tunc cœptum est* לקרא *invocari nomen Domini, ac si esset* להקרא. Exod. 9. 16. *Propter hoc excitavi te* למען ספר שמי *propter enarrare nomen meum*, id est, *ut enarretur nomen meum*. באמר אלי כל היום Psal. 42. 4. *In dicendo*, id est, *dum dicitur mihi quotidie*. למען תזכה בשפטך Psal. 51. 6. *Ut purus sis in judicare te*, id est, *dum judicaris*. צרפתנו כצרף כסף Psal. 66. 10. *Examinasti nos sicut examinatur argentum*. כי טוב אמר לך, עלה הנה, מהשפילך לפני נדיב Prov. 25. 7. *Quia melius est dici tibi, ascende huc, quam humiliari te coram ingenuo*. Notum est illud Virgilii, Eclog. 8. *Cantando rumpitur anguis*; *cantando*, id est, *dum cantatur*: & illud Æneid. *Uritque videndo fœmina*, id est, dum videtur, dum aspicitur.

V I.

De quibusdam Classibus Verborum, quorum constructio habet aliquid præ cæteris observandum.

VERBORUM classes omnes prætermittemus, quæ cum vulgares & ordinarias Syntaxeos regulas sequantur, nihil negotii facessunt explicare aggredientibus. De iis duntaxat acturi sumus, quorum structura abhorret ab usu communi cæterarum linguarum, Latinæ præsertim. Pluscula forte exempla proferri a nobis causabuntur doctiores. At id agimus, ut liquidius innotescat linguæ Hebraicæ genius, minusque hæreant Tyrones, cum versioni dabunt operam.

I. Plurimæ verborum classes, quæ post se videntur requirere accusativum, habent tamen dativum, seu quod impræsentiarum idem est, nomen suum regunt sæpissime non mediante particula את, quæ est nota accusativi, sed mediante particula ל, quæ nota est dativi.

Talia sunt verba *vocandi*, *expectandi*, *interrogandi*, *sanandi*, *opprimendi*, *contemnendi*, *honorandi*, *osculandi*, *decipiendi*, &c. ויקרא אלהים לאור יום ; ולחשך קרא לילה Gen. 1. 5. ad verbum, *Et vocavit Deus*

luci, diem; & tenebris vocavit noctem. Rectius: *Vocavit Deus lucem, diem; & tenebras vocavit noctem.* וקראת לישי 1. Sam. 16. 3. *Et vocabis Isai.* קראו למקוננות Jer. 9. 17. *Vocate lamentatrices.*

נקוה למשפט, ואין; לישועה, רחקה ממנו Isa. 59. 11. *Expectavimus judicium, & non est: salutem, procul est a nobis.* כתר לי זעיר Job. 36. 2. *Expecta me paululum.*

ושאל לו במשפט האורים. Num. 27. 21. *Et interrogabit eum in judicio Urim.* ושאלו לך לשלום 1. Sam. 10. 4. *Et interrogabunt te de pace; pacifice* seu *consueta salutatione salutabunt te.*

הרופא לכל תחלואיכי Psal. 44. 4. *Sanans omnes languores tuos.* וזרועם לא הושיעה למו. Psal. 44. 4. *Et brachium eorum non salvavit eos.*

יציק לך בשעריך Deut. 28. 57. *Opprimet te in portis tuis.*

עין תלעג לאב, ותבז ליקהת אם Prov. 30. 17. *Oculus qui* (subauditur enim אשר) *subsannabit Patrem, & contemnet obedientiam matris.* ותבז לו בלבה 2. Sam. 6. 16. *Et contemsit eum in corde suo.* בזה לך, לעגה לך Isa. 37. 22. *Contemsit te, subsannavit te.*

ויכבדו לשמך Psal. 86. 9. *& honorabunt nomen tuum.* לאלוה מעזים יכבד Dan. 11. 38. *Et Deum Maozim honorabit.*

ויחבק לו, וישק לו Gen. 29. 13. *Et am-*

plexatus eſt illum, & oſculatus eſt illum. אשקה נא לאבי 1. Reg. 19. 20. *Oſculer, quæſo, Patrem meum.*

אל ישיאו לכם הנביאיכם Jerem. 29. 8. *Ne ſeducant vos Prophetæ veſtri.*

II. In ſequentibus videtur litera ל efficere conſtructionem adhuc multo magis incongruam: ideoque Grammatici quidam audacter pronunciant in iis fieri *Enallagen* dativi pro accuſativo: alii vero redundare ל. לכל כליו תעשה נחשת Exod. 27. 3. ad verbum: *Omnibus vaſis ejus facies æs*, id eſt, *omnia vaſa ejus facies ærea.* ואהבת לרעך כמוך Levit. 19. 18. *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* הרגו לאבנור 2. Sam. 3. 30. *Occiderunt Abnerum.* שלח לשריו 2. Paral. 17. 2. *Miſit Principes ſuos.* גדלו ליהוה אתי Pſal. 34. 4. *Magnificate Dominum mecum.* ינקש נשה לכל אשר לו Pſal. 109. 11. *Illaqueet fœnerator quicquid ejus eſt.* פתחת למוסרי Pſal. 116. 16. *Aperuiſti, dirupiſti vincula mea.* בעטרה שעטרה לו אמו Cant. 3. 11. *Cum corona qua coronavit eum mater ejus.* עשקה לי Iſa. 38. 14. *Oppreſſit me.* ויקח רב טבחים לירמיהו Jerem. 4. 2. *Et accepit Præfectus ſatellitum Jeremiam.* יכרת יהוה לאיש Mal. 2. 12. *Exſcindet Dominus virum illum.*

III. Inde ſaltem fit conſequens, litteram ל non ſemper eſſe notam dativi. Et hoc libentius concedent, qui obſervabunt lit-

teram hanc post plurima verba locum tenere præpositionum על *super*, *de*, אל *ad*, למען *propter*, &c. נקם יהוה לצריו Nah. 1. 2. *Ultionem capiens Deus de inimicis suis*. ל pro על, ut patet ex loco parallelo. נקם על עלילותם Psal. 99. 8. *Ultionem sumens de actionibus ipsorum*. כל השמע ישחק לי Gen. 21. 6. לי pro עלי. *Omnis audiens, quicunque audierit ridebit de me*. מתנחם לך Gen. 27. 42. לך pro עליך. *Consolatur se super te*. וישאלו אנשי המקום לאשתו Gen. 26. 8. *Et interrogaverunt loci illius de uxore ejus*: quasi scriptum esset על אשתו. המבים לארץ Psal. 104. 32. *Qui intuetur terram*: quasi אל ארץ. קנא לאלהיו Num. 25. 15. *Zelatus est pro Deo suo*, &c.

IV. Vicissim plurimæ verborum classes quæ dativum personæ post se videntur postulare, sæpissime habent accusativum, seu quod hic idem est, verbum suum regunt, non mediante dativi nota ל, sed mediante particula את, quæ nota est accusativi.

Talia sunt verba *jubendi*, *respondendi*, *annunciandi*, *serviendi*, *occurrendi*, &c. כאשר צוה יהוה את משה Exod. 12. 28. *Sicut præcepit Dominus Moysi*. וצויתה אתו Num. 27. 19. *Et præcipies ei*. ולא ענו אתו דבר 1. Reg. 18. 21. *Et non responderunt ei verbum*. אבשרה את המלך 2. Sam. 18. 19. *Nun-*

ciabo Regi. ואת אחיך תעבד Gen. 27. 40. *Et fratri tuo servies*. וישרת אתו Gen. 39. 4. *Et ministrabat ei*. פגעת את שש Isa. 64. 6. *Occurristi gaudenti*. ויפגעו את משה Exod. 5. 2. *Et occurrerunt Moysi*.

V. Plurima verba, quæ, si sensus spectetur, accusativum videntur postulare, nomen suum regunt mediante præpositione ב. Talia sunt verba *apprehendendi*, *videndi*, *spernendi*, *eligendi*, *increpandi*, *contestandi*, *odorandi*, *urgendi*, &c. אחזת ביד ימיני Psal. 73. 23. *Apprehendisti manum dexteram meam*. ראה בעבים לא יקצר Eccl. 11. 4. *Qui intuetur nubes*, *nunquam metet*. מאוס ברע, ובחור בטוב Isa. 7. 15. *Spernere malum*, *&* *eligere bonum*. אשר בחרת באברם Nehem. 9. 7. *Qui elegisti in Abraham*, id est, *Abraham*. Hinc Act. 15. 7. ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο. Vulgata: *Deus in nobis elegit*, id est, *nos elegit*. גוער בים Nah. 1. 4. *Increpans mare*. העד העד בנו האיש Gen. 43. 3. *Contestando contestatus est nos vir ille*. לא אריח בעצרותיכם Amos 5. 21. *Non odorabor festa vestra*, seu *sacrificia solemnitatum vestrarum*. ויפצר בם מאד Gen. 19. 3. *Et ursit eos valde*.

VI. Verba *nuncupandi* ampliorem observationem requirunt. Cum in conjugatione passiva sunt, pro nominativo habent dativum. לזאת יקרא אשה Gen. 2. 23. ad verbum: *Huic vocabitur vira*, id est,

hæc vocabitur virago. לא יקרא עוד לנבל נדיב ; ולכילי לא יאמר שוע Isa. 32. 5. *Non clamabitur, non dicetur amplius stulto, tu es ingenuus; & avaro, non dicetur, tu es liberalis.* Sensus est: *Stultus non vocabitur amplius ingenuus, & avarus non dicetur liberalis.* לא יאמר לך עזובה ; ולארצך לא אמר שממה : כי לך יקרא חפצי בה ; ולארצך בעולה Isa. 62. 4. *Non dicetur tibi amplius* (subaudi, *tu es*) *derelicta; & terræ tuæ non dicetur* (tu es) *desolata: sed tibi vocabitur* (tu es) *voluntas mea in ea*; id est, *vocabitur nomen tuum voluntas mea in ea; & terræ tuæ* (subaudi, *dicetur tu es*) *domina vel maritata*, id est, *terra tua non erit amplius serva & vidua.*

Ajunt Grammatici quidam in his locutionibus voces לזאת, לנבל, לכילי, לך, לארצך vere esse in nominativo casu. At iis assentiri difficile est. Si enim in priori exemplo לזאת esset nominativus verbi, congrueret verbum cum suo nominativo genere, diceretur que הקרא לזאת *hæc vocabitur*; quod cum non fiat, videtur potius esse dicendum, subaudiri nomen, vel pronomen aliquod conveniens, uti in istorum locorum versione præstitum est.

VII. Verba *quietem* significantia nomen suum regunt cum præpositione ב. שבה בביתך 2. Paral. 25. 19. *Sede in domo tua.*

ויחנו בגלעד Jud. 10. 17. *Et castrametati sunt in Galaad.* Interdum absque præpositione. ואת כל הכלים הנמצאים בית יהוה 2. Reg. 14. 14. *Et omnia vasa inventa in domo Domini.*

VIII. Verba *motum* significantia nomen suum regunt, mediante aliqua ex his præpositionibus, ב, ל, אל, על, עד, *in*, *ad*, *usque*, &c. וירדו במצולת Exod. 15. 5. *Et descenderunt in profundum.* לכו איש למקומו Jud. 7. 7. *Abeant unusquisque ad locum suum.* שנים מכל תביא אל התבה Gen. 6. 19. *Bina ex singulis adduces in arcam.* על מבועי מים ינחלם Isa. 40. 10. *Ad scaturigines aquarum deducet eos.* עד בואכם עד המקום הזה Deut. 1. 31. *Donec veniretis ad locum istum.* אעברה, נא, בארצך Deut. 2. 27. *Transeam, obsecro, per terram tuam.*

Interdum littera ה in fine nominis posita tenet locum illarum præpositionum, & idcirco vocatur ה *locale.* ארד עמך מצרימה Gen. 46. 4. *Descendam tecum in Ægyptum.* Sed de ה locali iterum infra.

Nonnunquam etiam verba motum significantia nomen suum regunt absque ulla præpositione, & ה locali. ויבוא ירושלם 1. Reg. 3. 15. *Et venit Jerosolymam.*

IX. Verba significantia motum de loco ad locum, nomen suum regunt cum præpositione מן, aut illius diminutivo מ. אצ

לא יסור מן הארץ Gen. 31. 13. *Exi de terra*. שבט מיהודה Gen. 49. 10. *Non recedet sceptrum*, seu *tribus de Juda*. Interdum absque præpositione. הם יצאו את העיר Gen. 44. 4. *Ipsi egressi erant urbem*, id est, *de urbe*, quasi esset מאת העיר.

X. Nomina *tempus* designantia verbis suis junguntur cum præpositionibus ב, vel ל; vel etiam nude, & absque ulla præpositione. ביום הזה נבקעו Gen. 7. 11. *In die illo disrupti sunt*. ותבא אליו היונה לעת ערב Gen. 8. 11. *Et reversa est ad eum columba ad tempus vesperæ*. וישב עמו חדש ימים Gen. 29. 14. *Et mansit apud eum mensem integrum*. ויחל שבעת ימים Gen. 8. 10. *Et exspectavit septem dies*. ואקום לילה Nehem. 2. 12. *Surrexi noctu*.

XI. Verba *pretii* construuntur cum suo casu cum præpositione ב. אכל תשברו בכסף Deut. 2. 6. *Cibum emetis pecunia*. בכסף מימינו שתינו Thren. 5. 4. *Pro pecunia aquas nostras bibimus*. בכסף מלא תנהו לי 1. Par. 21. 22. *Argento pleno da eum mihi*.

XII. Verba *copiam* exprimentia, nomen suum regunt vel nude, vel cum præpositionibus ב aut מ. עינו לא תשבע עשר Eccl. 4. 8. *Oculus ejus non satiabitur divitiis*. חסד יהוה מלאה הארץ Psal. 33. 5. *Misericordia Domini plena est terra*. מלא ידו בקשת 2. Reg. 9. 24. *Implevit manum suam arcu*. מלא כרשו מעדני Jer. 51. 34. *Implet*

ventrem ſuum ex deliciis meis.

Interdum etiam ea verba conſtruuntur cum particula את, quæ eſt nota accuſativi. את חמת יהוה מלאתי Jer. 6. 11. *Excandeſcentia Domini plenus ſum.* וימלא הבית את הענן, והחצר מלאה את נגה כבוד יהוה Ezech. 10. 4. *Et impleta fuit domus nube, & atrium plenum erat ſplendore gloriæ Domini.*

XII. Verba *adorandi* ſæpius conſtruuntur cum ל & לפני. השתחוו ליהוה. Pſal. 29. 2. *Adorate Dominum.* להשתחות לו 1. Sam. 2. 36. *Ad adorandum illum.* וישתחוה לו 1. Reg. 22. 54. *Et adoravit eum.* Hinc Joan. 4. 23. *Veri adoratores,* προσκυνήσουσι τῷ πατρὶ, pro τὸν πατερὰ, *adorabunt Patrem.* וישתחו אברהם לפני עם הארץ Gen. 23. 12. *Et adoravit Abraham coram populo terræ.* Hinc Luc. 4. 7. ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου. *Si adoraveris coram me*, id eſt, *me*.

Concludendum ex dictis, non eſſe ab iis, qui Hebraica vertunt, anxie & ſerviliter inſiſtendum exprimendis ad verbum præpoſitionibus omnibus, quæ occurrunt; ſed ſæpe ſæpius vel omittendas eſſe omnino, vel mutandas in aptiores, id eſt, in eas quas exigit indoles ac ſyntaxis linguæ, in quam fit translatio.

V I I.

Notabiles quidam Hebraiſmi circa verborum conſtructionem.

I. **V**ERBA Hebraica frequenter junguntur nomini ſuo verbali, ſeu conjugato, ut loquuntur Grammatici; id eſt, cognato, & ab eadem radice procedenti. צידה לי ציד Gen. 27. 3. *Venare mibi venationem*. 70. θήρευσόν μοι θήραν. חגי יהודה חגיך Nah. 2. 1. *Feſtive agito, o Juda, feſta tua*. 70. ἑόρταζε, ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου. משלים את המשל הזה Ezech. 18. 2. *Parabolizantes parabolam iſtam*. דן דין עני Thren. 3. 58. *Judicavit judicium*, id eſt, *cauſam pauperis*. בכו בכי גדול מאד 2. Sam. 13. 36. *Fleverunt fletu magno valde*. וייראו יראה גדולה Jon. 1. 10. *Et timuerunt timore magno*. ויחרד יצחק חרדה גדלה Gen. 27. 33. *Tremuit Iſaac tremore magno*. שם פחדו פחד, לא היה פחד Pſal. 53. 6. *Ibi timuerunt timore, ubi non erat timor*. Innumera ſunt ejuſcemodi exempla. Gen. 43. 16. *Mactare mactationem*. 2. Sam. 12. 16. *Jejunare jejunium*. Pſal. 144. 6. *Fulgurare fulgurationem*. Gen. 1. 11. *Herbaſcere herbam*. Ibid. *Sementare ſemen*. 2. Reg. 13. 14. *Ægrotare ægritudinem*. Mich. 2. 4. *Lamentari lamentum*. Gen. 28. 20. *Vovere votum*, &c.

Hinc Matth. 2. 10. ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα: *Gavisi sunt gaudio magno valde*. Luc. 2. 9. ἐφοβήθησαν φόβον μέγαν: *Timuerunt timore magno*. Joan. 3. 29. χαρᾷ χαίρει, *gaudio gaudet propter vocem sponsi*.

Simile quid reperitur apud Græcos, & Latinos, δουλεύειν δουλείαν, *servire servitutem*, μάχομαι μάχην, *pugno pugnam*. *Pugna summa contentione pugnata*. Cic. pro Mur. *Hunc oro sine me furere ante furorem*. Virg. Æneid. 12. *Hunc scio mea gavisurum gaudia*. Terent. *Bene ei qui hoc gaudio gaudet*. Plaut. &c.

II. Nomen istud conjugatum sæpe supprimitur, & constructionis ergo subintelligendum est, פן אישן המות Psal. 13. 4. *Ne dormiam mortem*; id est, שנת המות, *dormitionem mortis*, ut exprimitur Jer. 51. 39. וישנו שנת עולם *Et dormient somnum æternum*. 70. & Vulgata pro המות legerunt במות in morte. לשאת את כל העם הזה Num. 11. 14. *Ad ferendum omnem populum istum*. Dici potest subintelligi vocem המשא *onus*, vel במשא, *ad ferendum onus populi hujus*, uti habetur versu 17. sequenti. ונשאו אתך במשא העם *Et portabunt tecum onus populi*.

III. Frequentius adhuc verba Hebraica junguntur suis infinitivis. אכל תאכל Gen. 2. 16. *Comedendo comedes*. מות תמות Gen. 2. 17. *Morte morieris*, *moriendo morieris*.

סקל יסקל Exod. 19. 13. *Lapidando lapidabitur*. ערום יערם הוא 1. Sam. 22. 23. *Callide agendo, callide aget ille*. ברך אברכך, והרבה ארבה את זרעך Gen. 22. 17. *Benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo semen tuum*. Hinc Heb. 6. 14. εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε: *Benedicens benedicam tibi, & multiplicans multiplicabo te*. כי בא יבא לא יאחר Habac. 2. 3. *Quia veniens veniet, & non tardabit*. Heb. 10. 37. ὁ ἐρχόμενος ἥξει. שמעו שמוע ואל תבינו, וראו ראו אל תדעו Isa. 6. 9. *Audite audiendo, & non intelligetis: & videte videndo, & non cognoscetis*. Quæ verba Matthæus 13. 14. sic reddit: ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε; καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε: *Auditu audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non videbitis*.

Utrum in istis locutionibus sit emphasis quædam, Grammatici certant; ex adjunctis judicium ferendum est.

IV. Plurima verba sequente infinitivo melius & elegantius redduntur per adverbium; quo in casu infinitivus exprimendus est ea persona, eoque tempore, quo verbum cui erat adjunctum. ותסף ללדת Gen. 4. 2. *Et addidit parere*, id est, *iterum peperit*. לא תשוב ללכת בדרך 1. Reg. 13. 17. *Non reverteris ad eundum per viam*: id est, *non amplius ibis per viam*. ויסף שלח

את היונה מן התבה Gen. 8. 10. *Et adjecit mittere*, id eſt, *iterum miſit columbam ex arca:* & v. 12. ולא יספה שוב *Et non adjecit reverti*, id eſt, *non amplius reverſa eſt*, הנשוב יהפר מצותיך Eſdr. 9. 14. *An revertemur ad irrita facienda præcepta tua?* id eſt, *an iterum ea irrita faceremus?* וישב יצחק, ויחפר את בארות המים Gen. 26. 18. *Et reverſus eſt Iſaac, & fodit*, id eſt, *iterum fodit puteos aquarum*. היטבת לראות Jerem. 1. 12. *Benefeciſti videre*, id eſt, *bene vidiſti*. היטיבו נגן בתרועה Pſal. 33. 3. *Benefacite pulſare cum clangore*, id eſt, *optime pulſate*. הגדיל יהוה לעשות עם אלה Pſal. 126. 2. *Magnificavit Dominus facere cum illis*, id eſt, *magnifice egit cum illis*. הסכלת עשו Gen. 31. 8. *Stultus fuiſti agere*, id eſt, *ſtulte egiſti*.

Hinc Luc. 20. 11. καὶ προσέθετο πέμψαι, *& addidit mittere*, id eſt, *iterum miſit*. Act. 15. 16. μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω: *Poſt hæc rurſus ædificabo*.

V. Interdum duo verba ejuſdem temporis finiti juncta per copulam ו ita vertenda ſunt, ac ſi unum eorum eſſet in infinitivo. איככה אוכל וראיתי באבדן מולדתי Eſth. 8. 6. *Quomodo potero & aſpiciam*, id eſt, *quomodo potero aſpicere perditionem gentis meæ*. ויחל נח איש אדמה ויטע כרם Gen. 9. 20. *Et cœpit Noe vir terræ, & plantavit vineam;* id eſt, *cœpit plantare*.

ושמעתם

אם תאבו ושמעתם Isa. 1. 19. *Si volueritis, & audieritis*; id est, *si volueritis audire*.

Exemplum simile habemus Rom. 10. 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ καὶ λέγει. *Isaias vero audet & dicit*, id est, *audet dicere*, vel *audenter dicit*.

VI. Immo & id fit etiamsi duo illa verba per copulam ו non conjungantur. אל תבהל מפניו תלך Eccl. 8. 3. *Ne festines a facie ejus abibis*; id est, *ne festines a facie ejus abire*. אל תרבו תדברו גבהה 1. Sam. 2. 3. *Ne multiplicate loquemini sublimia*, seu, ut Vulgata vertit, *nolite multiplicare loqui sublimia*. Eo loci 70. repetunt negativam אל, quod non videtur minus commodum. Μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά. *Ne gloriemini, & ne loquamini excelsa*. לא תוסיפי יקראו לך רכה Isa. 47. 1. *Non addes vocabunt te teneram*: id est, *non amplius vocabunt te teneram*, vel *non amplius vocaberis tenera*.

VIII.

Alii Verborum Hebraismi.

I. Ostensum est superius ellipsin verbi substantivi esse frequentissimam. Rarior est aliorum verborum ellipsis: occurrit tamen. איש אל עירו, ואיש אל ארצו 1. Reg. 22. 36. *Unusquisque in civitatem suam, unusquisque in terram suam*, sub-

intelligitur verbum ישוב *revertatur*. זאת רעה מאת יהוה 2. Reg. *6*. 33. *Hoc malum a Domino*, ſubauditur באה *venit*. שמרו מי בנער באבשלום 2. Sam. 18. 12. *Cavete ne quis in puerum*, *in Abſalonem*, ſupple ישלח ידו *mittat manum ſuam*. הדם האנשים ההלכים בנפשותם 2. Sam. 23. 17. *An ſanguinem virorum*, *qui iverunt contra animas ſuas*, id eſt, *qui tanto periculo ſe objecerunt*, ſubintellige אשתה *biberem?* Quæ vox reipſa ſuppletur 1. Paral. 1. 19. ubi idem factum narratur. באזני יהוה צבאות Iſa. 5. 9. *In auribus meis Dominus exercituum*, ſupple cum Vulgata אמר *dicit*. חדש שבת מקרא לא אוכל Iſa. 1. 13. *Neomenias*, *Sabbatha*, *Feſta non poſſum*, adde שאת *ferre*. עד מתי לא יוכלו נקיון Oſe. 8. 5. *Uſquequo non potuerunt innocentiam*, deeſt verbum שמר *ſervare*, vel aliud ſimile. חשבו מזמה בל יוכלו Pſal. 21. 12. *Cogitaverunt conſilium quod non potuerunt*, ſupplet Vulgata עשה *ſtabilire*. נשגבה לא אוכל לה Pſal. 139. 6. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me*, *excelſa eſt*, *confortata eſt*, & *non potero ad eam*, ſcilicet *pertingere*.

Hinc 1. Cor. 3. 2. *Lac vobis potum dedi*, *non eſcam: nondum enim poteratis*, (ſubaudi ferre) *ſed nec nunc quidem poteſtis*. Apoc. 19. 10. ὅρα μή. *Vide ne*: adde *feceris*, uti habet Verſio Latina. Rom. 8. 3.

Nam quod impossibile erat legi, Deus, supple ἐτέλεσεν, *perfecit*, &c.

II. Jam dictum est sæpe superfluere verbum substantivum, והיה , ויהי , *& factum est, & fuit*. Superfluit etiam ויען *& respondit*. ויען אברהם ויאמר Gen. 18. 27. *Et respondit Abraham, & dixit*. ויען אליה וידבר אליהם 2. Reg. 1. 12. *Et respondit Elias, & dixit eis*. Similiter Marc. 3. 33. καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς λέγων: *Et respondit eis, dicens*. Joan. 1. 48. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ: *Respondit Jesus, & dixit ei*.

III. Præteritum sæpe tenet locum præsentis & imperfecti, quibus proprie loquendo carent Hebræi. קניתי איש את יהוה Gen. 4. 1. *Gratia Dei possideo filium*. ויאמר לא ידעתי Gen. 4. 9. *Et dixit Cain, nescio*. קטנתי מכל החסדים Gen. 32. 10. *Parvus sum præ omnibus istis beneficiis: impar sum ut gratias rependam*. הגדתי היום יהוה Deut. 26. 3. *Confiteor hodie coram Domino*. 2. Reg. 3. 11. *Est hic Elisaüs filius Saphat*, אשר יצק *qui infundebat aquam super manus Eliæ*.

Hinc Joan. 1. 15. οὗτος ἦν ὃν εἶπον: *Hic erat*, id est, *hic est de quo dixi*. Ibid. v. 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν: *Medius autem vestrum stetit*, id est, *stat*. Joan. 5. 45. *Est qui accusat vos Moyses*, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε, *in quem vos sperastis*, id est, *in quem speratis*. Joan. 11. 27. *Utique, Domine*, ἐγὼ πεπίσ-

τευκα, *ego credidi*, id eſt, *credo*, *quia tu es Filius Dei*. Joan. 16. 27. *Ipſe enim Pater amat vos*, *quia vos me amaſtis*, *& credidiſtis*, *quia a Deo exivi*, id eſt, *amatis & creditis*. Rom. 5. 2. *Per quem acceſſum* ἐσχήκαμεν, *habuimus*, id eſt, *habemus*. 1. Tim. 4. 10. *In hoc enim laboramus*, ὅτι ἠλπίκαμεν, *quia ſperamus in Deum vivum*, &c.

IV. Sæpe præteritum tenet locum pluſquam perfecti. שתים עשרה שנה עבדו Gen. 14. 4. *Duodecim annis ſervierant*. ובני ישראל עשו כדבר משה , וישאלו ממצרים כלי כסף Exod. 12. 35. *Et filii Iſrael fecerant juxta verbum Moyſis*, *& petierant ab Ægyptiis vaſa argentea*. 2. Paral. 7. 7. *Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante Templum Domini*; כי עשה שם העלות: *quia obtulerat ibi holocauſta*: *quia altare æneum* אשר עשה *quod fecerat*, *non poterat ſuſtinere holocauſta*, *& ſacrificia*, *& adipes*.

Hinc Math. 14. 3. ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔθετο: *Herodes enim apprehendens Joannem vinxerat eum*, *ac poſuerat in carcerem*. Luc. 19. 15. *Juſſit vocari ſervos*, οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, *quibus dederat pecuniam*, &c. Joan. 4. 44. *Ipſe enim Jeſus* ἐμαρτύρησεν, *teſtimonium perhibuerat*, *quia Propheta in patria ſua honorem non habet*. Joan. 5. 13. *Is autem qui*

ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. Jeſus enim ἐξένευσεν, *declinaverat*. Apoc. 21. 1. *Et vidi cælum novum, & terram novam; primum enim cælum, & prima terra* παρῆλθε, *abierat*.

V. Præteritum ſæpe ponitur pro futuro, quod ubique obvium eſt, cum ei præfigitur ו, quod idcirco vocant ו converſivum. ועבר יהוה Exod. 12. 23. *Et tranſibit Dominus*. ונכרתה הנפש הוא Exod. 12. 15. *Et exſcindetur anima illa*. וְהאבדתי חכמים מאדום Abd. 8. *Perdam ſapientes de Idumæa*. Idipſum non raro contingit etiam abſente ו. אל תשמחי איבתי לי, כי נפלהי קמתי Mich. 7. 8. *Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam*. את קשתי נתתי בענן Gen. 9. 13. *Arcum meum ponam in nubibus*.

Hinc Joan. 5. 24. *Qui verbum meum audit*, μεταβέβηκεν, *tranſiit*; hoc eſt, *tranſibit de morte ad vitam*. Rom. 8. 30. οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε: *Quos autem juſtificavit, illos & glorificavit*, id eſt, *glorificabit*.

VI. Viciſſim futurum ſæpe ponitur pro præterito. ויאמר אלהים Gen. 1. 2. *Et dixit Deus*, etiam abſque ו converſivo, licet rarius. אעלה אתכם ממצרים Jud. 2. 1. *Aſcendere feci vos de Ægypto*. תהמות יכסימו, ירדו במצולת כמו אבן Exod. 15. 4. *Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in pro-*

fundum quasi lapis. וכן יעשה לכל ערי בני עמון 2. Sam. 12. 31. *Sic fecit omnibus civitatibus Ammonitarum.* הכמות נבל ימות אבנר 2. Sam. 3. 33. *An secundum mortem stulti mortuus est Abner?* ורוח על פני יחלף ; תסמר שערת בשרי Job. 4. 15. *Spiritus ante faciem meam transivit; horripilare fecit crinem carnis meæ.*

VII. Futurum interdum tenet locum præsentis. ונהר משם יפרד לארבעה ראשים Gen. 2. 10. *Et flumen inde dividitur in quatuor capita.* מאין תבא Job. 1. 7. *Unde venis?* למה יתן לעמל אור Job. 3. 19. *Quare dat ærumnoso lucem?* ובתורתו יהגה יומם ולילה Psal. 1. 2. *Et in lege ejus meditatur die ac nocte.* אלהי אקרא יומם ולא תענה Psal. 22. 3. *Deus meus, clamo per diem, & non respondes.* בידך אפקיד רוחי Psal. 30. 6. *In manus tuas commendo spiritum meum.*

Hinc Luc. 23. 46. *πάτερ εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου. Pater, in manus tuas,* (non commendabo, sed) *commendo spiritum meum.* Rom. 3. 30. *Unus Deus ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, qui justificat circumcisionem ex fide.*

VIII. Tenet interdum futurum locum præteriti imperfecti.. ככה יעשה איוב כל הימים Job. 2. 5. *Sic faciebat Job cunctis diebus.* בשתים יכסה פניו Isa. 6. 2. *Duabus velabat faciem suam.* Interdum plusquamperfecti. ויכל אלהים ביום השביעי מלאכתו

Gen. 2. 2. *Et complevit*, id est, *compleverat Deus die septimo opus suum. Nam completio operis*, inquit Drusius lib. 4. præteritorum, pag. 123. *est opus. Si complevit die septimo, igitur opus fecit, nec plane requievit illo die. Id movit Græcos, ut diem septimum mutarent in diem sextum, contra codicum omnium fidem.* Subjungit Drusius: *Hujusmodi observationes licet leves videantur, non sunt contemnendæ; nam ignoratæ magnas quandoque tenebras offundunt magnis viris.*

IX. Sæpe ponitur pro imperativo. יהוה אלהיך תירא Deut. 6. 13. *Dominum Deum tuum time*. וישמחו כל חוסי בך Psal. 5. 12. *Et lætentur omnes, qui sperant in te*. Cum imperativus apud Hebræos solis secundis personis constet, naturale est ut alias personas aliunde desumat. Non potest autem eas aliunde commodius desumere, quam ex futuro, ut attendenti patebit.

X. Participium activum dictum *Benoni* præsens tempus significat, cum ei pronomen aliquod adjungitur. הנה אנכי שלח מלאך לפניך Exod. 23. 20. *Ecce ego mittens*, id est, *mitto Angelum ante te*. הלהרגני אתה אמר Exod. 2. 14. *An ad occidendum me tu loquens?* id est, *an cogitas me occidere?* Immo etiam cum nullum adjungitur pronomen. הכסיל חובק את ידיו Eccl. 4. 5. *Stultus complicans*, id est, *com-*

plicat manus suas: כל הנחלים הולכים אל הים Eccl. 1. 7. *Omnia flumina eunt in mare.*

XI. Idem participium aliquando tempus imperfectum, aliquando perfectum, aliquando etiam futurum significat. Imperfectum. ונהר יוצא מעדן Gen. 2. 10. *Et fluvius egrediens*, id est, *egrediebatur de Eden.* ויהוה הולך לפניהם Exod. 13. 21. *Et Dominus antecedebat eos.* ובני ישראל יצאים ביד רמה Exod. 14. 8. *Et filii Israel egrediebantur in manu excelsa.*

Perfectum. עיניכם הראות את אשר עשה יהוה Deut. 4. 3. *Oculi vestri viderunt quæ fecit Dominus.* כי אתה אתם מבקשים Exod. 10. 11. *Quia hoc vos ipsi petivistis.*

Futurum. אני מביא את המבול Gen. 6. 17. *Adducam diluvium* אתם עוברים בגבול אחיכם Deut. 2. 4. *Transibitis per terminos fratrum vestrorum.* ויאמר לו הנך מת Gen. 20. 3. *Et dixit illi, en tu mortuus*, id est, *morieris.* למועד זה אתי חבקת בן 2. Reg. 4. 16. *In tempore isto tu amplexaberis*, seu juxta Vulgatam, *in utero habebis filium.*

XII. Participium Benoni nonnunquam optime redditur per participium futurum. הימים הבאים Eccl. 2. 16. *Dies venturi.* וימצא אניה באה תרשיש Jon. 1. 3. *Et invenit navem mox ituram in Tharsis.* מבכור פרעה הישב על כסאו Exod. 11. 5. *A primogenito Pharaonis sedente*, id est, *sessuro super thronum ejus.* מבניהם מספרים

תהלות יהוה Psal. 78. 4. *A filiis eorum narrantibus*, vel potius *narraturis laudes Domini*.

Hinc quamvis in lingua Græca sit participium futurum multiplex, participium præsens ponitur nonnunquam in Græco novi Testamenti pro futuro. Math. 11. 3. *Tu es* ὁ ἐρχόμενος. proprie *veniens*, ibi, *qui venturus es?* Apoc. 2. 8. ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος: *Qui est*, *&* *qui erat*, *&* *qui venturus est*. 2. Pet. 3. 11. τούτων ἐν πάντων λυομένων; ad Verbum: *His igitur omnibus dissolutis*. Vulgata quoad sensum & melius vertit: *Cum igitur ista omnia dissolvenda sint*. Heb. 11. 21. Ἰακὼβ ἀποθνήσκων: *Jacob jamjam moriturus*.

XIII. Participium *Benoni* interdum pro *Paoul*, & vice versa *Paoul* pro *Benoni*. עיפה נפשי להורגים Jerem. 4. 31. *Lassata est anima mea*, ad verbum, *propter interficientes*; sensus postulat, *propter interfectos*. השכם ושלוח Jerem. 7. 25. *Mane surgens*, ad verbum, *&* *missus*: sensus poscit, *&* *mittens*.

XIV. Imperativus ponitur frequenter pro futuro & optativo. אברכך והיה ברכה Gen. 12. 2. *Benedicam tibi*, *&* *esto*, id est, *&* *eris benedictus*. יתפלל בעדך וחיה Gen. 20. 7. *Orabit pro te*, *&* *vive*, id est, *vives*. אתנה לכם את טוב ארץ, ואכלו את חלב הארץ Gen. 45. 18. *Dabo vobis optimum*

terræ, *&* *comedite*, id est, *comedetis adipem terræ*. Psal. 37. 27. *Declina a malo, & fac bonum*, ושכן *& habita*, id est, *habitabis in sæculum*. שמר מצותי חיה Prov. 4. 4. *Observa præcepta mea*, *&* *vives*. שמעו עלי ואכ־ו טוב Isa. 55. 2. *Audite me*, *&* *comedetis bonum*.

Hinc Joan. 2. 19. λύσατε, *solvite*, id est, *solvetis*, *dissolvetis templum hoc*, *&* *in tribus diebus excitabo illud*: dicebat enim de templo corporis sui.

Non incognita est Latinis ista imperativi pro futuro acceptio. Virg. Eclog. 7. *Si fœtura gregem suppleverit*, *aureus esto*, id est, *aureus eris*.

XV. Infinitivus nonnunquam ponitur pro præsenti, imperfecto, futuro, participio, & nomine substantivo.

Pro præsenti דברי רשעים ארב דם Prov. 12. 6. *Verba impiorum insidiari sanguini*, id est, *insidiantur sanguini*. הפר מחשבות מאין סוד Prov. 15. 22. ad verbum: *Infringere cogitationes in non consilio*, id est, ut vertit Vulgata, *dissipantur cogitationes*, *ubi non sunt consilia*.

Pro imperfecto. והחיות רצוא ושוב Ezech. 1. 14. ad verbum: *Et animalia currere*, *&* *reverti*, id est, *currebant*, *&* *revertebantur*.

Pro præterito. אשר תנה הודך על השמים Psal. 8. 2. ad verbum: *Qui dare*, id est,

qui dedisti gloriam tuam super cœlos. אילת ילדה ועזוב Jerem. 14. 5. *Cerva peperit, & relinquere*, id est, *& reliquit*.

Pro futuro. בעת קבצי אתכם Sophon. 2. 20. *In tempore congregare me vos*, id est, *quo congregabo vos*. Isa. 5. 5. *Et nunc ostendam vobis quid faciam vineæ meæ*. הסר משוכתו, והיה לבער; פרץ גדרו, והיה למרמס *Auferre*, id est, *auferam sepem ejus*, *& erit in conflagrationem: diruere*, id est, *diruam maceriam ejus*, *& erit in conculcationem*.

Pro participio. והמים היו הלוך והסור Gen. 8. 5. *Et aquæ erant ire & deficere*, id est, *euntes & deficientes*. Psal. 32. 9. *Nolite fieri sicut equus*, *& sicut mulus*, אין הבין; ad litteram, *non intelligere*, id est, *non intelligens*.

Pro nomine. עשה סטים שנאתי Psal. 101. 3. *Facere*, hoc est, *factum declinantium odivi*. 2. Reg. 19. 27. *Exaudies eos* בכל קראם *in omni invocare ipsos*, id est, *in omni invocatione ipsorum*, &, ut vertit Vulgata, *in universis pro quibus invocaverint te*. שבתך, וצאתך, ובאך ידעתי 1. Reg. 19. 27. *Sedere tuum*, *& egredi tuum*, *& venire tuum novi*, id est, *novi sessionem tuam*, *& profectionem tuam*, *& incessum tuum*.

Hinc Luc. 7. 21. *Cæcis multis* ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν, *donavit videre*, id est, *visum*

Heb. 2. 15. ὅσοι διὰ παντὸς τοῦ ζῆν: *Qui per omne vivere*, id est, *qui per totam vitam*.

Nec est iste modus loquendi Græcis ac Latinis barbarus. καλῶς τεθνήκαι. Isocrat. *Honesta mors*. Plaut. *Hic vereri perdidit*, id est, *verecundiam*.

Vice versa nomen pro infinitivo quandoque usurpatur. Isa. 7. 1. *Ascendit Rasin Rex Syriæ in Jerusalem*, למלחמה עליה ad verbum, *ad bellum*, id est, להלחם *ad bellandum contra eam*.

Hinc Marc. 12. 38. καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ. *Et dicebat illis in doctrina sua*, id est, ἐν τῷ διδάσκειν, *inter docendum, cum doceret eos*.

XVI. Nonnunquam vox pro voce ponitur. *Hophal* pro *Hiphil*. והבואתים Nehem. 1. 9. *& reducam illos*, pro והביאתים. *Hithpael* pro *Niphal*, sæpissime; quod non mirum, cum in omnibus aliis linguæ Hebraicæ dialectis passiva sit. מעונותיהם יתענו Psal. 107. 17. *Propter injustitias suas humiliati sunt*. והתפרדו כל עצמותי Psal. 22. 14. *Et dispersa sunt omnia ossa mea*.

XVII. Quandoque fit enallage ipsarum personarum, ita ut in uno eodemque versu ab una persona fiat transitus ad aliam. וישמן ישרון , ויבעט : שמנת , עבית כשית , ויטש אלוה עשהו ; וינבל צור ישעתו Deut. 32. 15. ad verbum: *Et impinguatus*

est Iſſiron, *rectus*, id eſt, *Iſrael*, *&* *recalcitravit*. Huc uſque tertia perſona; ſed mox fit tranſitus ad ſecundam. *Impinguatus es*, *incraſſatus es*, *adipe obductus es*. Deinque rurſus tranſitus fit ad tertiam. *Et dereliquit petram ſalutis ſuæ*. ויהי כאשר באו היהודים הישבים אצלם , ויאמרו לנו עשר פעמים מכל המקמות אשר תשובו עלינו Nehem. 4. 12. *Et fuit cum veniſſent Judæi habitantes apud eos*, *&* *dixiſſent nobis decem vicibus ex omnibus locis*, *quibus venerant ad nos*; תשובו proprie *veneratis*, videtur eſſe pro ישובו *venerant*, prout habetur in Vulgata. כי אתה תאיר נרי יהוה , אלהי יגיה חשכי Pſal. 18. 29. *Quia tu illuminabis lucernam meam*, *Domine*. *Deus meus illuminabit tenebras meas*. יאכלו ענוים ושבעי , יהללו יהוה דרשיו : יחי לבבכם לעד Pſal. 22. 27. *Edent pauperes*, *&* *ſaturabuntur*: *laudabunt Dominum qui requirunt eum*. *Vivat cor veſtrum in æternum*. כם videtur irrepſiſſe pro הם. Vulgata enim commodiore ſenſu legit: *Vivent corda eorum in ſæculum*. בצאתו על ארץ מצרים , שפת לא ידעתי אשמע Pſal. 81. 6. *Cum exiret in terram Ægypti*, *linguam quam non novi*, *audivi*. Vulgata videtur legiſſe, שפת לא ידע ישמע; vertit enim: *Linguam, quam non noverat, audivit*. ויאכילהו מחלב חטה , ומצור דבש אשביעך Pſal. 81. 17. *Et cibavit eum ex adipe frumenti*, *&* *de petra melle ſaturabo te*. Vi-

detur Vulgata legitie ישביעהו *saturavit eum*. והדפתיך ממצבך, וממעמדך יהרסך Isa. 22. 19. *Et expellam te de statione tua, & de statu tuo diruet te*. Transitus a prima persona ad tertiam. Vulgata nihilominus vertit: *Et de ministerio tuo deponam te*. כי יבשו מאילים אשר חמדתם Isa. 1. 29. *Quia pudefient ab arboribus quas concupivistis*, pro *quas concupierunt*. ראית רבות, ולא תשמר פקח אזנים, ולא ישמע Isa. 42. 20. *Vides multa, & non observabis: aperiens aures, vel apertas habens aures, & non audiet*, seu *non audies*. ויהוה הודיעני, ואדעה: אז תראיתני מעלליהם Jerem. 11. 18. *Et Dominus scire fecit me, & scivi: tunc videre fecisti me studia eorum*, id est, *videre fecit*. ישוב ירחמנו; יכבוש עונותינו, ותשליך במצולות ים כל חטאתם Mich. 7. 19. *Revertetur, miserebitur nostri; subjiciet iniquitates nostras, & projicies in profundum maris omnia peccata eorum*.

Hinc Rom. 7. 4. *Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo*. *Fructificemus*, pro *fructificetis*.

XVIII. Sunt in lingua Hebraica, ut & in aliis fere omnibus linguis, *Hypallages* & *Hyperbata*, id est, vocum transpositiones & inversiones, quarum nonnullæ nihil negotii facessunt explicanti-

bus, aliæ plurimum. ואת העיר שלחו באש Jud. 1. 8. *Et civitatem miserunt in ignem*, id est, *ignem injecerunt in civitatem*. ותשם בפוך עיניה 2. Reg. 9. 30. *Et posuit in fuco oculos suos*, id est, *fucum apposuit oculis suis*. ויתן אותם לרחמים Psal. 106. 46. *Et dedit eos in misericordiam*, id est, *misericordiam dedit eis*. וקראו מספד אל יודעי נהי Amos. 5. 16. *Et vocabunt planctum ad scientes lamentum*: id est, *vocabunt scientes lamentum ad lamentandum*. Prov. 7. 22. *Abit post mulierem alienam* כעכס אל מוסר אויל *Sicut compes ad castigationem stulti*: id est, *sicut stultus ad castigationem compedis*. אדם כי יקריב מכם קרבן Levit. 1. 2. *Homo cum obtulerit de vobis oblationem*; id est, *homo de vobis cum obtulerit oblationem*. אוצרותיך לבז אתן, במותיך בחטאת בכל גבוליך Jerem. 17. 3. *Thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in omnibus finibus tuis*: id est, *thesauros tuos in direptionem dabo in omnibus finibus tuis, propter peccatum excelsorum tuorum*. ונחרם את כל העיר מתים Deut. 2. 3. *Et exterminavimus omnem civitatem hominum*, id est, *omnes homines civitatis*. קשת גבורים חתים 1. Sam. 2. 4. *Arcus fortium confracti sunt*: id est, *fortes arcu confracti sunt*.

Hinc Math. 8. 3. *Et confestim mundata est lepra ejus*, id est, *mundatus est a lepra sua*. Act. 21. 3. *Cum apparuissemus Cypro*:

id est, *cum apparuisset nobis Insula Cyprus*. Joan. 17. 5. *Clarifica me, tu Pater, apud temetipsum claritate quam habui, priusquam mundus fieret*: id est, *clarifica me claritate quam habui apud temetipsum, priusquam mundus fieret*, &c.

Legitur Æneid. 6. *Ibant obscuri sola sub nocte*, id est, *soli sub obscura nocte*. Æneid. 3. *Dare classibus Austros*, id est, *dare classem Austris*. Cicero pro Marcello: *Gladius vagina vacuus*: id est, *vagina vacua gladio*, &c.

CAPUT VIGESIMUM-SEPTIMUM.

De Syntaxi Adverbiorum.

I.

De Adverbiis generatim.

I. PLERAQUE adverbia, præsertim qualitatis, sunt ipsamet nomina sive adjectiva, sive substantiva; sive masculina, sive fœminina; sive singularia, sive pluralia; sive nude, sive cum præpositione posita. טוב *bene*. צדק *juste*. פלאים Thren. 1. 9. *mirabiliter*. נפלאות Job. 37. 5. *mirabiliter*. נוראות נפליתי Psal. 139. 14. *Terribiliter mirificatus sum*. הלך צדקות

צדקות Isa. 33. 15. *Ambulans justitias*, id est, *juste*. מישרים אשפט Psal. 75. 2. *Justitias*, id est, *juste judicabo*. לשקר, falso. לבטח *In securitate*, *confidenter*. באמת *vere*. לעולם *In æternum*. בפרך *Duriter*, &c.

II. Adverbii repetitio superlativi aut distributionis nota est. יעלה עליך מעלה מעלה; ואתה תרד מטה מטה Deut. 28. 43. *Ascendet supra te supra*, *supra*, id est, *valde supra*; & *tu descendes infra infra*, id est, *valde infra*. Superlativum est, etsi idem adverbium non repetatur, sed aliud ejusdem significationis. קל מהרה Isa. 5. 26. *cito velociter*, id est, *velocissime*. לפתע פתאום Isa. 29. 5. *maxime subito*. וילקטו אותו בבקר בבקר Exod. 16. 21. *Et colligent eum mane*, *mane*, id est, *singulis diebus mane*.

II.

De Adverbiis loci, & *temporis*.

I. ADVERBIA loci repetita loci diversitatem indicant. ויפן כה וכה Exod. 12. 2. *Et respexit huc & illuc*. לנוס הנה והנה Jos. 8. 20. *Ad fugiendum huc & illuc*. עמדים מזה ומזה Jos. 8. 33. *Stantes hinc & inde*.

II. Adverbia אז *tunc*, & טרם *antequam*, futurum sæpe vertunt in præteritum, sive perfectum, sive imperfectum.

אז יבדיל משה שלש ערים Deut. 4. 41. *Tunc separavit Moyses tres urbes*. טרם יחמץ Exod. 12. 34. *Antequam fermentaretur*.

III. Heri & nudius tertius usurpantur pro quolibet tempore præterito. 2. Sam. 15. 2. dicit David ad Ethai: תמול בואך *Heri venire tuum:* id est, *nuper, non ita pridem venisti*. כי תמול אנחנו Job. 8. 9. *Quia heri nos*, id est, *non ita pridem nati sumus*. כי ערוך מאתמול תפתה Isa. 30. 33. *Quia disposita est ab heri Topheth:* id est, *jam ante paratus est exitii locus*. איננו בתמול שלשום Gen. 31. 2. *Non ille sicut heri & nudius tertius*, id est, *sicut antea*.

IV. Hodie pro tempore præsenti. היום אם בקולו תשמעו Psal. 95. 7. *Hodie si vocem ejus audieritis*. Hinc Heb. 3. 13. *Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur*.

V. Cras pro tempore futuro indeterminate. וענתה בי צדקתי ביום מחר Gen. 30. 33. *Et respondebit mihi justitia mea die crastina:* id est, *testimonium perhibebit de me justitia mea in posterum*. ישאלך בנך מחר Exod. 13. 14. *Interrogabit te filius tuus posthac*. Hinc Math. 6. 34. *Nolite solliciti esse* εἰς τὴν αὔριον, *in crastinum*, id est, *in futurum tempus*. Hier. epist. ad Amand. *Crastinum in Scripturis sanctis futurum tempus significat*.

VI. Semper, nihil interdum aliud

significat quam quotidie, quoties, sæpe. להעלות נר תמיד Exod. 27. 20. *Ad accendendum lucernam semper*; id est, *quotidie*. Exod. 28. 30. *Gestabit Aaron judicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini* תמיד *semper*, id est, *quoties ingreditur Sanctuarium*. 1. Reg. 10. 8. *Beati homines tui qui stant coram te* תמיד *semper*, id est, *frequenter*.

Hinc Luc. 18. 1. *Oportet* πάντοτε *semper orare*, id est, *sæpissime*. Luc. 24. 53. *Et erant* διὰ παντὸς *semper in Templo*, id est, *frequentissime*. Joan. 18. 20. πάντοτε *semper*, id est, *creberrime*, *docui in Synagoga & in Templo*.

VII. Adverbium עד significans *donec*, *usque ad*, &c. non semper excludit tempus sequens actionem, de qua sermo est. Psal. 110. 1. *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis*, עד אשת *donec ponam inimicos tuos*. Donec eo loci significat *nunc & cum posuero inimicos tuos*, &c. Psal. 123. 2. *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum*, עד שיחננו *donec misereatur nostri*. עד זקנה Isa. 46. 4. *Usque ad senium ego ipse*, ועד שיבה *& usque ad caniciem*, *ego portaturus sum*. לא אעזבך עד אשר אם עשיתי את אשר דברתי לך Gen. 28. 15. *Non derelinquam te donec perfecero, quæ dixi tibi*. לא ירוץ עד ישים בארץ משפט Isa. 42. 4. *Non confringetur, donec ponat in terra judicium*.

Hinc Matth. 1. 25. *Et non cognoscebat eam*, ἕως οὗ *donec peperit filium suum primogenitum*. Matth. 28. 20. *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*. Act. 3. 21. *Quem oportet cœlum suscipere usque ad tempus restitutionis omnium*. Rom. 5. 13. *Usque ad Legem peccatum erat in mundo*. 1. Tim. 4. 13. *Usque dum venio, attende lectioni*.

III.

De Adverbiis affirmandi, negandi, & interrogandi.

I. ADVERBIA negandi verbis præposita æquivalent alpha privativo Græcorum. לא ישמח אבי נבל Prov. 10. 1. *Non lætabitur*, id est, *dolebit pater stulti*. לא ינקה יהוה את אשר ישא את שמו לשוא Exod. 20. 7. *Non habebit insontem*, id est, *sontem habebit Dominus eum, qui assumserit nomen ejus in vanum*. יקריבו אש זרה אשר לא צוה Levit. 10. 1. *Filii Aaron obtulerunt ignem alienum, quem non præceperat*, id est, *quem probibuerat Dominus*. ובהמותם לא ימעיט Psal. 107. 38. *Et jumenta eorum non minoravit*, id est, *auxit*.

Hinc Joan. 14. 18. *Non relinquam vos orphanos*: id est, *ero vester tutor, potenter vos protegam*. Rom. 4. 19. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει: *Et non infirmatus fide*, id est,

corroboratus fide. Heb. 11. 16. *Non confunditur*, id eſt, *gloriatur vocari Deus eorum*. Apoc. 11. 12. *Non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem:* id eſt, *animæ ſuæ prodigi fuerunt uſque ad mortem; ſponte & imperterrite morti ſe obtulerunt*.

II. Idem contingit, cum adverbia negandi præponuntur nominibus. הוא בן לא חכם Oſe. 13. 13. *Ipſe filius non ſapiens*, id eſt, *inſipiens*. מגוי לא חסיד Pſal. 43. 1. *A gente non miſericordi*, id eſt, *crudeli*. בלתי טהור הוא 1. Sam. 20. 26. *Non mundus ille*, id eſt, *immundus eſt*. שאת פני רשע לא טוב Prov. 18. 5. *Accipere perſonam impii non bonum*, id eſt, *malum eſt*. הנמלים עם לא עז Prov. 30. 25. *Formicæ populus non fortis*, id eſt, *infirmus*, &c.

Hinc Matth. 2. 6. *Et tu, Bethleem, nequaquam minima es*, id eſt, *maxima es*. Apoc. 11. 7. *Vidua non ſum*, id eſt, *populoſa ſum admodum*.

III. Sæpe adverbia abſoluta non negant abſolute, ſed habent tantummodo vim præpoſitionis comparativæ, ſignificantque *potius quam*, *non tam*, *non ſolum*. קרעו לבבכם ואל בגדיכם Joel. 2. 13. *Scindite corda veſtra, & non*, id eſt, *potius quam veſtimenta veſtra*. קחו מוסרי ולא כסף Prov. 8. 10. *Accipite correptionem meam, & non*, id eſt, *potius quam pecuniam*. חסד חפצתי ולא זבח Oſe. 6. 6. *Miſericordiam*

volo, & *non*, id est, *plusquam sacrificium*. לא אתך מאסו כי אתי 1. Sam. 8. 7. *Non te spreverunt*, *sed me*, id est, *non te solum*, *sed etiam me*, & *me potissimum*. לא יעקב יאמר עוד שמך כי אם ישראל Gen. 32. 28. *Non solum Jacob dicetur nomen tuum*, *sed etiam Israel*.

Hinc Matth. 10. 20. *Non vos estis qui loquimini*, *sed Spiritus Sanctus*, id est, *non tam vos quam*, &c. Marc. 9. 36. *Quicunque me susceperit*, *non me suscipit*, id est, *non me solum suscipit*, *sed eum qui misit me*. Luc. 14. 12. *Cum facis prandium*, *noli vocare amicos*, *sed pauperes*, id est, *pauperes potius quam amicos & divites*. Joan. 6. 27. *Operamini non cibum qui perit*, id est, *non tam cibum qui perit*, *quam*; *sed qui permanet*. Act. 5. 4. *Non es hominibus mentitus*, *sed Deo*; id est, *non tantum hominibus*, *sed etiam Deo*. 1. Cor. 1. 17. *Non misit me Christus baptizare*, *sed evangelizare*, id est, *non baptizare solum*, *sed præcipue evangelizare*. Eph. 6. 12. *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem*, *sed adversus Principes & Potestates*: id est, *non solum*, *sed præcipue*.

IV. Vice versa comparationis particulæ quandoque pro adverbiis negativis usurpantur. חפצתי דעת אלהים מעלות Ose. 6. 6. *Volo cognitionem Dei præ sacrificiis*, id est, & *non sacrificia*. Loquitur enim eo

loci Propheta de sacrificiis ex hypocrisi oblatis.

Hinc Luc. 18. 14. *Descendit hic justificatus in domum suam ab illo*. Non est sensus magis justificatus quam ille: *Sed descendit Publicanus justificatus, Pharisæus vero magis reus quam antea*. 1. Pet. 3. 17. *Melius est benefacientes pati, quam malefacientes:* id est, *bonum est benefacientes pati, non malefacientes*.

V. Adverbia negandi לא & אין juncta nominibus כל *omnis*, איש *vir*, אחד *unus*, universaliter negant: ita ut *non omnis* idem sit ac *nullus*. כי לא יצדק לפניך כל חי Psal. 143. 2. *Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens:* id est, *nullus justificabitur in conspectu tuo*. כי לא במותו יקח הכל Psal. 49. 18. *Quia non in morte sua auferet omnia*, id est, *nihil auferet*. יש מתעשר ואין כל Prov. 13. 7. *Est qui se facit divitem, & non omne*, id est, *& nihil habet*. אין כל חדש תחת השמש Eccl. 1. 9. *Non omne novum sub sole:* id est, *nihil sub sole novum*. ולא נפקד ממנו איש Num. 31. 49. *Et non desideratus de nobis vir:* id est, *nullus de nobis desideratur*. ולא עמד איש אתו Gen. 45. 1. *Et non remansit vir*, id est, *ullus cum eo*. ולא נותר מהם אחד 2. Sam. 13. 30. *Et non remansit ex eis unus*, id est, *nullus remansit*. על כל אלוה לא יבין Dan. 11. 37. *Ad omnem Deum non attendet;* id est, *nullum Deum reverebitur*.

Hinc Matth. 24. 22. *Nisi breviati fuissent dies illi*, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ; *non fieret salva omnis caro*, id est, *nulla caro salva esset*. Luc. 1. 37. οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum:* id est, *nihil erit impossibile Deo*. Rom. 3. 20. *Ex operibus Legis non justificabitur omnis*, id est, *ulla caro*. Apoc. 9. 4. *Præceptum est illis, ne læderent neque omne viride, neque omnem arborem*: id est, *ne læderent ullum viride, ullamve arborem*.

VI. Negativa particula in priori membro phrasis alicujus expressa, sæpe subintelligenda est in sequentibus membris ejusdem phrasis, etsi in illis non exprimatur. כי לא לנצח ישכח אביון ; תקות ענוים תאבד לעד Psal. 9. 19. *Quia non in æternum oblivio erit pauperis; patientia pauperum peribit in finem*. Adde *non*, & dic, *patientia pauperum non peribit in finem*. כי לא שאול תודך, מות יהללך Isa. 38. 18. *Quia non infernus confitebitur tibi, mors laudabit te*, id est, *neque mors laudabit te*.

VII. Adverbium interrogandi ה *an*, in interrogationibus affirmativis negat, in negativis affirmat. 2. Sam. 7. 5. *Num quid tu* האתה *ædificabis mihi domum?* 1. Paral. 17. 4. habetur לא אתה. *Non tu ædificabis*, &c. 1. Par. 21. 17. *An non ego sum* הלא *qui peccavi?* id est, *revera is sum, qui peccavi*.

Nec est id Hebræis peculiare, sed ut attendenti patebit, ex natura ipsa desumtum.

VIII. Non raro deest interrogativum ה. Gen. 27. 24. אתה *Tu es filius meus Esau:* supple *numquid*, ac si esset האתה. Job. 2. 10. *Si bona suscepimus de manu Domini, mala* לא נקבל *non suscipiamus:* supple ה, ut sit הלא *An non, quare mala non suscipiemus?* Ista litteræ ה congruenti subauditione elucidantur non pauca Scripturæ loca.

I V.

De Adverbio Similitudinis.

I. כ adverbium est similitudinis, notatque insuper conjecturam numeri, mensuræ, aut temporis. Nominibus, & verbis præfigitur. כשושנה Cant. 3. 2. *Sicut lilium.* כרוח קדים Jer. 18. 7. *Sicut ventus orientalis.* כעשרים 1. Sam. 14. 14. *Circiter viginti.* כאלפים Jos. 3. 4. *Quasi duo millia.* כעשר שנים Ruth. 1. 4. *Circiter decem annos.*

II. Nonnunquam geminatur istud adverbium, & tunc significat *sicut, sic: tam, quam: talis, qualis: tantus, quantus,* juxta locorum exigentiam. כעם ככהן Isa. 24. 2. *Sicut populus, sic Sacerdos.* כל העדה כגור, כאזרח Lev. 24. 16. *Omnis Ecclesia,*

tam peregrinus quam indigena. כחטאת כאשם Lev. 7. 7. *Quale sacrificium pro peccato, tale sacrificium pro delicto*. ככוחי אז ככוחי אתה; Jos. 14. 11. *Quantum erat robur meum tunc, tantum est etiam nunc.*

III. Interdum conjunctio ו gerit vices adverbii similitudinis. כעבור סופה ואין רשע Prov. 10. 25. *Sicut transit turbo, &*, id est, *sic non est impius*. מצרף לכסף, וכור לזהב; ובחן לבות יהוה Prov. 17. 3. *Conflatorium argento, & caminus auro, &*, id est, *sic probat corda Deus*. כרחל לפני גוזיה נעלמה, ולא יפתח פיו Isa. 53. 7. *Sicut ovis coram tondente se, sine voce, &*, id est, *sic non aperuit os suum*. Sic vertitur iste locus Act. 8. 32. οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. והיתה יד יהוה בכם ובאבותיכם 1. Sam. 12. 15. *Et erit manus Domini contra vos & contra patres vestros*, id est, ut vertit Paraphrasis Chaldaica, & sensus exigit, *sicut fuit contra patres vestros*.

Hinc Matth. 6. 10. *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*: id est, *sicut in cœlo, ita & in terra*. Marc. 3. 26. *Et si Satanas*, id est, *sic si Satanas consurrexerit, in semetipsum dispertitus est*. Act. 7. 51. ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς: *Sicut patres vestri, & vos*, id est, *ita & vos*. Joan. 20. 21. *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*.

IV. Sæpissime deest adverbium simili-

tudinis. כל מבצריך תאנים Nah. 3. 12. *Omnes munitiones tuæ ficus*, id est juxta nonnullos, *ſicut ficus:* & verſu ſequenti: הנה עמך נשים *Ecce populus tuus ſicut mulieres*. גור אריה יהודה Gen. 49. 9. *Catulus leonis Juda*, id eſt, *ſicut catulus leonis*. אמרות יהוה אמרות טהרות כסף צרוף Pſal. 12. 7. *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum conflatum*, id eſt, *ſicut argentum conflatum*. Dicendum forte eſt, his & ſimilibus locis non tam contineri comparationem, quam metaphoram, & conſequenter nec adverbium ſimilitudinis eſſe, ſaltem expreſse, ſubintelligendum.

Sed ſunt alii loci non infrequentes, in quibus potiori jure ſubintelligenda videtur ſimilitudinis particula. ואשא אתכם על כנפי נשרים Exod. 19. 4. *Portavi vos quaſi ſuper alas aquilarum*. בן שנה שאול במלכו 1. Sam. 13. 1. *Filius anni Saul cum regnare cœpit*. Chaldæus vertit: כבר *Sicut filius unius anni*. ירושלם הרים סביב לה; ויהוה סביב לעמו Pſal. 125. 2. *Jeruſalem montes circum illam: & Dominus circa populum ſuum:* id eſt, *ſicut montes ſunt in circuitu Jeruſalem, ita Dominus eſt in circuitu populi ſui*. קרא דגר ולא ילד: עשה עשר, ולא במשפט Jerem. 17. 11. *Perdix colligit ova, & non parit: faciens divitias, & non in judicio:* id eſt, *ſicut perdix colligit ova, & non parit, ſic qui colligit divitias injuſte*.

ציה גם חם יגזלו מימי שלג : שאול חטאו Job. 24. 19. ad verbum*: Siccitas & æstus rapient aquas nivis: sepulcrum peccaverunt:* id est, *sicut siccitas & æstus brevi momento dissipant aquas nivis, sic sepulcrum eos qui peccaverunt.*

Hinc Joan. 5. 17. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor:* id est, *sicut Pater meus operatur, & ego operor.* Joan. 14. 1. *Creditis in Deum, & in me credite:* id est, *sicut creditis in Deum, & in me credite.* Jacob. 1. 11. *Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, ita & dives in itineribus suis marcescet:* id est, *sicut ortus est sol, & arefecit, ita*, &c.

V. Vice versa non raro superfluit istud adverbium. כמשל כבהמות Psal. 49. 13. *Comparatus est sicut jumenta*, id est, *jumentis.* אתמשל כעפר ואפר Job. 30. 19. *Comparatus sum sicut pulvis & cinis*, id est, *pulveri & cineri.* ויהי העם כמתאננים Num. 11. 1. *Et fuit populus quasi murmurantes.* Redundat כ si sensus attendatur : Erat enim populus vere murmurans. עמך כמריבי כהן Ose. 4. 4. *Populus tuus sicut contradicentes Sacerdoti*, id est, *contradicentes Sacerdoti.* גם אתה כאחד מהם Abd. 11. *Tu quoque quasi unus ex eis: vere unus ex eis.*

Hinc Joan. 1. 14. *Vidimus gloriam ejus quasi unigeniti a Patre, vere unigeniti a Patre.* Rom. 9. 29. *Sicut Gomorrha similes*

fuissemus. Matth. 14. 5. Herodes volens Joannem occidere, timuit populum, *quia ὡς sicut Prophetam eum habebant*. Vere populus Joannem Prophetam existimabat.

CAPUT VIGESIMUM-OCTAVUM.

De Syntaxi Præpositionum.

EX præpositionibus quinque ל, כ, ב ה, מ sunt inseparabiles, id est, ita dictioni annexæ, ut cum ea unam vocem efficiant. Licet ה locale vocibus non præponatur sicut aliæ quatuor, sed postponatur, ideoque præpositio non possit nuncupari; si nominis etymologia spectetur, tamen quia idem præstat ac vera præpositio, de ea cum aliis agetur.

I.

De ה *locali.*

I. SIGNIFICAT ergo ה locale *in*, *ad*, *versus*, &c. Æquivalet præpositioni אל, illiusque diminutivo ל. Denotat terminum ad quem tendit motus. ונסע המדברה Deut. 2. 1. *Et profecti sumus desertum versus*. ויבאו שני המלאכים סדמה Gen. 19. 1. *Et venerunt duo Angeli Sodo-*

mam. אבא אל אדני שעירה Gen. 32. 14. *Veniam ad Dominum meum in Sehir*. ארד עמך מצרימה Gen. 46. 4. *Descendam tecum in Ægyptum*.

II. Cum nomen loci, ad quem fit motus, compositum est, constatque duabus vocibus, littera ה post primam aliquando collocatur, hoc modo. ויבא בארה שבע Gen. 46. 1. *Et venit in Bersabee*.

III. Sæpe duæ præpositiones ה & ל concurrunt, eidemque nomini annectuntur: tuncque una videtur superfluere. לשאולה Psal. 9. 18. *Ad sepulcrum*. לצפונה 1. Par. 26. 17. *Ad septentrionem*. לנגבה ibid. *Ad meridiem*.

IV. Interdum utraque particula omittitur. ויבוא ירושלם 1. Reg. 3. 15. *Et venit Jerusalem*. ויעמוד פתח האהל Num. 12. 5. *Et stetit ad ostium tabernaculi*. Deest utrobique ה & ל.

II.

De Præpositione ב.

DE hujus præpositionis & sequentium significationibus, cum gerundiis junguntur, satis supra dictum est. Examinanda restat earum vis, cum annectuntur aliis partibus orationis.

I. Primaria præpositionis ב significatio

est *in*. בראשית Gen. 1. 1. *In principio*. בסיר 2. Reg. 4. 40. *in olla* significat etiam.

Inter. בחנפי Psal. 35. 16. *Inter hypocritas*. בארם Psal. 68. 19. *Inter homines*.

Ad. בשמים Gen. 11. 4. *Ad cœlum*.

Contra. ידו בכל, ויד כל בו Gen. 16. 12. *Manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum*. משא בערב Isa. 21. 13. *Onus contra Arabiam*.

De. Levit. 8. 32. *Quicquid reliquum fuerit* בבשר, ובלחם *de carne, & de pane*. נכר לא יאכל בו Exod. 12. 43. *Alienigena non comedet de eo*. אדבר בך אל אבי 1. Sam. 19. 3. *Loquar de te ad Patrem meum*. Hinc forte Rom. 11. 2. *An nescitis ἐν Ἠλίᾳ, in Eliæ quid dicat Scriptura: in Elia*, pro *de Elia*.

Ex. לעשות בזהב, ובכסף, ובנחשת Exod. 35. 32. *Ad faciendum ex auro, & ex argento, & ex ære*. צדיק באמונתו יחיה Habac. 2. 4. *Justus ex fide sua vivet*.

Pro. Gen. 29. 18. *Serviam tibi* ברחל *pro Rachel septem annis*.

Propter. Gen. 18. 28. *An perdes* בחמשה *propter quinque totam civitatem*. Deut. 24. 16. *Unusquisque* בחטאו *in*, id est, *propter peccatum suum morietur*. Hinc Act. 7. 29. *Fugit autem Moyses ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, in verbo isto*, id est, *propter verbum istud*.

Per. בי נשבעתי Gen. 22. 16. *Per memetipsum juravi*. Deut. 32. 21. *Ipsi me provo-*

caverunt בלא אל *in eo qui non erat Deus;* id eſt, *per Idola quæ non ſunt Deus.* Num. 12. 2. *Numquid tantum* במשה *per Moyſen loquitur Deus? An non etiam* בנו *per nos?* Hinc Heb. 1. 1. *Olim Deus loquens patribus* ἐν προφήταις, *in Prophetis*, id eſt, *per Prophetas, noviſſime locutus eſt nobis* ἐν υἱῷ. *in Filio*, id eſt, *per Filium*: Luc. 4. 1. *Jeſus agebatur* ἐν τῷ πνεύματι, *per Spiritum in deſertum*. Gal. 1. 16. *Ut revelaret Filium ſuum* ἐν ἐμοὶ, *in me*, id eſt, *per me.*

Cum. Exod. 15. 19. *Ingreſſus eſt enim Pharao* ברכבו, ובפרשיו *cum curru ſuo, & equitibus ſuis in mare*. 1. Sam. 25. 39. *Miſit David, & locutus eſt* באביגיל *cum Abigail.* Exod. 10. 9. *Ibimus* בבנינו *cum filiis noſtris*, ובבנותנו *& cum filiabus noſtris*, בצאננו *cum ovibus noſtris*, ובבקרנו *et cum bobus noſtris*, &c.

A. Eccl. 2. 3. *Cogitavi abſtrahere* ביין *a vino carnem meam*.

II. Jam dictum eſt præpoſitionem ב non raro notam eſſe genitivi, junctamque nominibus ſubſtantivis vim iis adverbii tribuere. Similiter plurima verba caſum ſuum ea mediante regere.

III. Inſervit hæc præpoſitio ad exprimendum ablativum *cauſæ*, *modi*, *inſtrumenti*, *pretii*, *temporis*, &c. בחכמה יבנה בית Prov. 24. 3. *Sapientia ædificabitur domus*. ברזל בברזל יחד Prov. 27. 17. *Ferrum ferro*

ferro acuitur. אקנה בכסף מלא 1. Par. 21. 24. *Comparabo pretio pleno*. Vulgata: *Argentum dabo quantum valet*. בערב, יצער בנשף יום Prov. 7. 9. *Gradietur in crepusculo, in vespera diei*.

IV. Videtur nonnunquam deficere. Prov. 8. 22. *Dominus possedit me* ראשית *initium viarum suarum*. ראשית videtur positum pro בראשית *in initio, ab initio*. ומלכים ירד Isa. 41. 2. *Et in Reges dominabitur*. ושמי יהוה לא נדעתי . במלכים pro מלכים להם Exod. 6. 3. שמי pro בשמי *Et in nomine meo Jehova non innotui eis*.

Dignoscitur autem hæc absentia loci exigentia, præcipue vero cum legitur in priori phrasis membro, nec tamen legitur in secundo, quamvis sensus exposcat. בישישים חכמה ; ארך ימים תבונה Job. 12. 12. *In senibus est sapientia; longævitas dierum intelligentia*. ארך ימים pro בארך ימים *in longævitate dierum*, quia in priori membro legitur בישישים *in senibus*. יעשה חפצו בבבל וזרעו כשדים Isa. 48. 14. *Faciet voluntatem suam in Babylonem, & brachium suum in Chaldæos*. כשדים pro בכשדים.

V. Sæpius adhuc videtur redundare. Job. 16. 10. *Distendunt contra me* בפיהם *os suum*. לכו לחמו בלחמי ; ושתו ביין מסכתי Prov. 9. 5. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui*. פרשה ציון בידיה Thren. 1. 17. *Expandit Sion manus suas*.

III.

De Præpositione כ.

I. JAM dictum est, præfixum כ adverbium esse similitudinis, notareque conjecturam numeri, mensuræ, & temporis. Est etiam præpositio significans *secundum*, *juxta*, *ad*, &c.

Gen. 1.26. *Faciamus hominem* כדמותנו *ad*, *juxta similitudinem nostram*. כדבר הזה תדברון Gen. 32. 20. *Juxta verbum hoc loquemini*. 1. Sam. 13. 14. *Quæsivit sibi Dominus virum* כלבבו *juxta cor suum*. Psal. 51. 3. *Miserere mei*, *Deus*, כחסדך *secundum misericordiam tuam*.

II. Affinitas figuræ, & significationis, quæ inter כ & ב intercedit, efficit ut non raro confundantur, unaque pro alia usurpetur. כי כלו כעשן ימי Psal. 102. 4. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei*. Ita 70. & Vulgata. Alii legunt בעשן *in fumo*. Perinde est, & sensui nihil deperit, utrovis modo legatur.

IV.

De præpositione ל.

I. PRIMARIA præpositionis hujus significatio est *ad* vel *in*, cum accusativo. Unde quibusdam videtur illam

diminutivum esse præpositionis אל. Psal. 68. 19. *Ascendisti* למרום *in altum*, εἰς ὕψος, ut habetur Eph. 4. 8. כשה לטבח יובל Isa. 53. 7. *Sicut ovis ad occisionem ducetur*. Gen. 2. 22 *Ædificavit costam* לאשה *in mulierem*. 2. Sam. 8. 3. *Unxerunt David* למלך *in Regem*. Isa. 58. 4. *Ecce* לריב *ad contentionem jejunatis*.

Significat etiam *in* cum ablativo. Psal. 16. 10. *Non relinques animam meam* לשאול *in inferno*. Ose. 7. 2. *Non dicunt* ללבבם *in corde suo*. לבקרים Psal. 73. 14. *In matutinis*.

Inter. Exod. 12. 2. *Hic mensis erit primus* לחדשי השנה *inter menses anni*.

Super. Quo casu dici potest diminutivum esse præpositionis על. Psal. 9. 5. *Sedisti* לכסא *super solium*. Gen. 26. 7. *Interrogaverunt viri loci istius* לאשתו *super uxore sua*.

Juxta, *prope*. Gen. 49. 13. *Zabulon* לחוף *juxta littus maris habitabit*.

Erga. 2. Sam. 18. 5. לאט לאבשלום *Leniter erga Absalonem*.

Secundum. Gen. 1. 21. *Creavit Deus volatile* למינהו *secundum genus suum*.

Contra. Prov. 1. 11. נצפנה לנקי *Abscondamus nos contra innocentem*.

De. אמרי לי Gen. 20. 13. *Dic de me*. Gen. 44. 20. *Ipse solus* (Benjamin) *relictus est* לאמו *de matre sua jam mortua*.

Pſal. 91. 11. כי מלאכיו יצוה לך *Quoniam Angelis ſuis mandavit de te.*

A vel *ab*. 2. Par. 1. 13. *Et venit Salomon* לבמה *ab excelſo, quod erat in Gabaon, in Jeruſalem.*

Præ, propter. Quo caſu poteſt eſſe diminutivum præpoſitionis למען. Num. 16. 34. *Omnes Iſraelitæ* נסו לקולם *fugerunt propter vocem eorum*. Iſa. 36. 9. *Confidis ſuper Ægyptum* לרכב ולפרשים *propter currus & propter equites.*

Pro, loco, vice, in gratiam, χάριν, ἕνεκα. Exod. 14. 25. *Dominus* נלחם להם *pugnat pro eis*. Exod. 14. 14. יהוה ילחם לכם *Dominus pugnabit pro vobis*. Gen. 11. 3. *Habueruntque lateres* לאבן *pro lapide, & bitumen* לחמר *pro cœmento*. Exod. 4. 16. *Ipſe erit tibi* לפה *pro ore; tu vero ei eris* לאלהים *pro Deo*; id eſt, *vice oris, loco Dei.*

Dei. Pſal. 118. 5. יהוה לי *Dominus mecum eſt*. Gen. 46. 26. *Omnes animæ quæ venerant* ליעקב *cum Jacob in Ægyptum.*

Uſquedum, donec. Iſa. 7. 15. *Butyrum & mel comedet*, לדעתו *uſquedum ſciat reprobare malum.*

Videtur etiam in aliquibus locis ſignificare *&*. בין מים למים Gen. 1. 6. *Inter aquas & aquas*. בין דם לדם, בין דין לדין, ובין נגע לנגע Deut. 7. 8. *Inter ſanguinem & ſanguinem; inter litem & litem, & inter*

plagam & plagam. בינכם לבין אלהיכם Isa. 59. 2. *Inter vos & inter Deum vestrum*.

II. Dictum est litteram hanc notam esse dativi casus. Non raro tamen jungitur genitivo. מזמור לדוד *Psalmus Davidis*. שיר למעלות Psal. 121. 1. *Canticum graduum*. Immo & accusativo. הרגו לאבנר *Occiderunt Abnerum*. Verum de ista constructione litteræ ל cum verbis, quæ naturaliter accusativum postulant, dictum est supra. Jungitur juxta quosdam & nominativo. ולשת גם הוא ילד בן Gen. 4. 26. *Et Seth etiam ipse genuit filium*. ולשם ילד גם הוא Gen. 10. 21. *Et Sem genuit etiam ipse*. & v. 25. ולעבר ילד שני בנים. *Et Heber genuit duos filios*. Ajunt alii superfluere his in locis litteram ל; quibus facile assentirer, si paulo rariora essent ejuscemodi exempla. Observandum dici a quibusdam ל eo loci idem significare ac, *quod attinet ad*. Si fides habeatur Paraphrasi Chaldaicæ Onkelosi, iis in locis ל est nota dativi, verbumque est in voce passiva. *Et Setho natus est etiam ipsi filius*.

III. Deest quandoque hæc præpositio. ודוד הגד 2. Sam. 15. 31. pro ולדוד *Et Davidi nuntiatum est*. Psal. 45. 5. *Thronus tuus Deus* עולם pro לעולם *in æternum*. Colligitur nonnunquam ex antecedenti membro alicujus periodi, subintelligendam esse in sequenti. תורה צוה לנו משה

מורשה קהלת יעקב Deut. 33. 4. *Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem* קהלת pro לקהלת *cœtui Jacob.*

IV. Redundat etiam non raro. השלישי לאבשלום 1. Paral. 3. 2. *Tertius Absalom.* Error fortasse. Legitur enim 2. Sam. 3. 3. sine ל. ולשרים למשפט ישרו Isa. 32. 1. *Et Principes juste dominabuntur*. מדוע אדם ללבושך Isa. 63. 2. *Quare rubrum est indumentum tuum?* אנש לשברך Jerem. 30. 12. *Desperata est plaga tua*. למען למוג לב Ezech. 31. 15. *Propter diffluere cor*. למן עולם Jer. 7. 7. *A Jaculo*. למימי אבותיכם Malach. 3. 7. *A diebus patrum vestrorum.*

V. Plurimæ præpositiones nomen suum regunt cum præfixo ל, pleonastice quidem, sed non ineleganter מתחת לרקיע Gen. 1. 7. *Sub firmamento*. מעל לרקיע ibid. *Super firmamentum*. מחוץ לעיר Gen. 19. 16. *Extra civitatem*. אל מחוץ למחנה Levit. 4. 12. *Extra castra*. מהלאה למגדל Gen. 35. 21. *Ultra turrim*. סביב למשכן Num. 1. 50. *Circa tabernaculum*. למטה לארץ Eccl. 3. 21. *Infra terram*. מעבר לים Deut. 30. 13. *De trans mare*, &c.

V.

De præpositione מ.

I. SIGNIFICATIO primaria præpositionis מ, quæ diminutivum est

præpositionis integræ מן, est *a* vel *ab*. מעולם *A Jaculo*. מרחוק *A longe*. Quo sensu non raro negationem aut privationem connotat, sive infinitivo, sive nomini præponatur. Gen. 31. 22. *Cave tibi* מדבר *a loquendo cum Jacobo malum*: id est, *ne loquaris ei malum*. Psal. 69. 24. *Obscurentur oculi eorum* מראות *a videndo*, id est, *ne videant*. שמר רגלך מלכד Prov. 2. 26. *Custodi pedem tuum a capiendo*, id est, *ne capiatur*. 1. Reg. 15. 13. *Et removit eam* מגבירה *a Domina, ab Augusta*, id est, *privavit eam honoribus reddi solitis uxori Regis*. Jerem. 48. 2. *Exscindamus eam* מגוי *a gente*, id est, *ita ut desit esse gens*. Job. 33. 21. *Consumetur caro ejus* מראי *a visu*, id est, *ita ut non videatur*, *desinet videri præ macie*.

Ex, *de*. Ose. 1. 1. ממצרים *Ex Ægypto vocavi filium meum*. מבטן אמי Psal. 22. 11. *De ventre matris meæ*. מחמר קרצתי גם אני Prov. 3. 26. *De luto formatus sum etiam ego*.

Præ. Psal. 6. 8. *Contabescit* מכעס *præ indignatione oculus meus*.

Propter. מעונותיהם יתענו Psal. 107. 17. *Propter injustitias suas humiliati sunt*. מחרף עצל לא יחרש Prov. 20. 4. *Propter frigus piger non arabit*.

II. Deest quandoque hæc præpositio. אולי יחסרון חמשים הצדיקים חמשה Gen. 18.

28. *Si defuerint de quinquaginta juſtis quinque.* חמשים pro מחמשים. השמרו לכם עלות בהר Exod. 19. 12. *Cavete vobis ab aſcendendo, ne aſcendatis in montem.* עלות pro מעלות. עד יקם איביו Joſ. 10. 13. *Donec vindictam ſumeret de inimicis ſuis.* איביו pro מאיביו. אלחנן בית לחם 2. Sam. 23. 25. *Elchanan de Bethleem.* בית לחם pro מבית לחם.

III. Redundat etiam non raro, præſertim cum præpoſitionibus plurimis, quibus annectitur. מטרם *priuſquam.* מתחת *ſubter.* מעל *ſupra.* מחוץ *extra*, &c.

IV. Tres præpoſitiones ב כ ל interdum aſſumunt particulam expletivam מו abſque ulla ſignificationis immutatione. במו ארב Job. 37. 8. *In inſidiis.* כמו יוצר Iſa. 41. 25. *Sicut figulus.* כמוני, כמוך 2. Reg. 3. 7. *Sicut ego, ſic tu.* למו חרב Job. 27. 14. *ad gladium.*

V I.

Varia de Præpoſitionibus.

I. QUÆDAM præpoſitiones eleganter junguntur infinitivis: quo in caſu per dictionem congruam reddendæ ſunt, verbum vero tempore finito & convenienti exprimendum. אחרי הולידו את שת Gen. 5. 4. ad verbum, *Poſt gignere ipſum Seth*, id eſt, *poſtquam genuit Seth.*

בעבור הראותך את כחי, ולמען ספר שמי Exod. 9. 16. ad verbum, *Propter oſtendere tibi potentiam meam, & ad narrare faciendum nomen meum*: id eſt, *ut oſtendam tibi potentiam meam, & narrare faciam nomen meum*. ולפי העלות הענן Exod. 9. 17. *Et ſecundum extolli nubem*, id eſt, *cum nubes extollebatur*. יען דברכם שוא Ezech. 13. 8. *Propter loqui vos vanum*: id eſt, *quia locuti eſtis vana*. עד היותי על ארמתי Jon. 4. 2. *Adbuc eſſe me in terra mea*: id eſt, *cum adbuc eſſem in terra mea*.

II. Junguntur etiam præpoſitiones verbis finitis, fiuntque adverbia vel conjunctiones. למען יארכון ימיך Exod. 20. 12. *Ut prolongentur dies tui*. בעבור תשבו Gen. 46. 34. *Ut babitetis*. לבלתי תחטאו Exod. 20. 20. *Ut non peccetis*.

III. Præpoſitiones ſæpe adverbiis junguntur, tuncque vim peculiarem acquirunt. באין מבין Iſa. 57. 1. *In non intelligente*, id eſt, *nemine intelligente*. לאין מספר 1. Par. 22. 4. *Abſque numero*. מאין אדם ומאין בהמה Jer. 33. 10. *Abſque bomine & abſque jumento*. מבלי באי מועד Thren. 1. 4. *Præ non venientibus ad ſolemnitatem*: id eſt, *eo quod non ſint qui veniant ad ſolemnitatem*.

IV. Præpoſitiones ſæpe junguntur aliis præpoſitionibus, tuncque altera videtur non raro ſuperfluere. למרחוק, למימי קדם

2. Reg. 19. 25. *A longe, a diebus antiquis.* עזרי מעם יהוה Psal. 121. 2. *Auxilium meum de a Domino.* מאחר עלות Psal. 78. 71. *De post fœtantes.* למבראשונה 1. Par. 15. 13. ב, מ, ל tres præpositiones, *De a in principio.* Ipsi Latini dicunt, *de sub Alpibus: de sub ipsis Italiæ faucibus: de super, de subito, de repente,* &c.

V. Sæpe fit præpositionum permutatio. אל interdum ponitur pro ב. Gen. 6. 6. *Et doluit* אל לבו *in corde suo.* Gen. 49. 29. *Sepelite me* אל מערה *in spelunca.* 1. Reg. 8. 30. יתפללו אל המקום הזה *Orabunt in loco isto.* Hinc Matth. 2. 23. *Et veniens habitavit* εἰς πόλιν, hoc est, ἐν πόλει, *in civitate.* Marc. 1. 9. *Venit Jesus, & baptizatus est a Joanne* εἰς τὸν Ἰορδάνην, *in Jordanem*, id est, *in Jordane.* Joan. 1. 18. *Filius qui est* εἰς τὸν κόλπον, *in sinum*, hoc est, *in sinu Patris.* Matth. 12. 18. *Dilectus meus,* εἰς ὅν, *in quem*, id est, *in quo mihi bene complacui.* Luc. 16. 8. *Filii sæculi prudentiores sunt* εἰς τὴν γενεὰν, *in generatione sua.*

Vice versa ב non raro ponitur pro אל. Levit. 16. 22. *Et emittet hircum* במדבר *in deserto*, pro אל המדבר *in desertum.* Hinc Luc. 7. 17. *Et exiit hic sermo* ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ, *in universa Judæa*, id est, *in universam Judæam.* Luc. 1. 17. *Ut convertat incredulos* ἐν φρονήσει, pro εἰς φρόνησιν, *in prudentiam justorum.* 1. Joan. 4. 9. *In hoc*

patefacta est charitas Dei ἐν ἡμῖν, *in nobis*, pro εἰς ἡμᾶς *in nos*, *erga nos*.

VI. Sæpe præpositiones eædem repetuntur cum venustate quidem, sed absque ulla necessitate. נשא ידו במלך בדוד 2. Sam. 20. 21. *Levavit manum suam in Regem*, *in Davidem*, id est, *in Regem Davidem*. מנחה הוא שלוחה לאדני לעשו Gen. 32. 18. *Munus est missum ad Dominum meum Esau*. Jud. 11. 36. *Fecit Dominus vindictam* מאויביך מבני עמון *de inimicis tuis*, *de filiis Ammon*. 2. Sam. 7. 7. *Et præcepi pascere* את עמי את ישראל *populum meum Israel*. באנו אל אחיך אל עשו Gen. 32. 6. *Venimus ad fratrem tuum Esau*. בטחת לך על משענת הקנה הרוץ הזה, אל מצרים 2. Reg. 18. 21. *Confidis tibi super baculum arundineum confractum istum Ægyptum*; לא יירש עם בני עם יצחק Gen. 21. 10. *Non hæreditabit cum filio meo cum Isaac*, id est simpliciter, *cum filio meo Isaac*.

VII. Nonnunquam omittuntur præpositiones. Levit. 26. 42. ter in uno versu omittitur præpositio עם vel את. וזכרתי את בריתי יעקב, ואף את בריתי יצחק, ואף את בריתי אברהם *Et recordabor fœderis mei Jacob*, deest עם *cum*, *& fœderis mei Isaac*, id est, *cum Isaac*, *& fœderis mei Abraham*, id est *cum Abraham*. הרנינו גוים עמו Deut. 32. 43. *Lætamini*, *Gentes*, supple את vel עם *cum plebe ejus*, uti ha-

betur Rom. 15. 10. אבד זכרם המה Psal. 9. 7. *Periit memoria eorum cum ſonitu*, vel *cum ipſis*.

CAPUT VIGESIMUM-NONUM.

De Syntaxi Conjunctionum.

I.

De Conjunctione copulativa.

I. CONIUNCTIO copulativa ו &, tot & tam varias habet ſignificationes, ut a quibuſdam *Hebræorum Proteus* nec immerito nuncupetur. Primaria & communior ſignificatio eſt &.

Interdum *quia*. נחשתי ויברכני יהוה בגללך Gen. 30. 28. *Cognovi quia benedixit mihi Dominus propter te*. הנך מת על האשה אשר לקחת, והוא בעלת בעל Gen. 20. 3. *Ecce tu mortuus propter mulierem quam accepiſti, quia illa maritata eſt marito*. Iſa. 39. 1. *Miſit Merodach litteras ad Ezechiam*, וישמע *& audierat*, id eſt, *quia audierat quod ægrotaſſet & convaluiſſet*. הבה לנו עזרת ושוא תשועת אדם Pſal. 108. 13. *Da nobis auxilium, quia vana ſalus hominis*.

Nam. Gen. 14. 18. *Melchiſedech Rex Salem obtulit panem & vinum*; והוא כהן

אל עליון *erat enim Sacerdos Dei Altiſſimi*: Exod. 2. 10. *Et vocavit nomen ejus Moyſen*; ותאמר *dixit enim, quia ex aqua extraxi eum*.

Si. ויאמרו לי Exod. 3. 13. *Si dixerint mihi*. וראיתי את הדם Exod. 12. 13. *Si videro ſanguinem*. בי אדני, ויש יהוה עמנו, ולמה מצאתנו כל זאת Jud. 6. 13. *Quæſo, Domine, ſi eſt Dominus nobiſcum, cur invenit nos omne iſtud malum?*

Aut. מן הכבשים ומן העזים Exod. 12. 5. *De ovibus aut de capris*. מכה אביו ואמו מות יומת Exod. 21. 15. *Percutiens patrem aut matrem, morte morietur*. 2. Sam. 2. 19. *Et non declinavit ad eundum ad dexteram*, ועל השמאל *aut ad ſiniſtram*. ראש ועשר לא תתן לי Prov. 30. 8. *Paupertatem aut divitias ne dederis mihi*. ובאת אל הכהנים ואל השפט Deut. 17. 9. *Et venies ad Sacerdotes, aut ad Judicem*. Hinc quidam ſic interpretantur celebrem iſtum locum, Jud. 11. 31. de voto Jephte: *Quod egreſſum fuerit è foribus domus meæ in occurſum meum in redeundo me in pace de filiis Ammon*, והיה ליהוה *aut erit conſecratum Domino, aut offeram illud in holocauſtum*. Hinc etiam Matth. 11. 37. *Ex verbis tuis juſtificaberis*, &, id eſt, *aut ex verbis tuis condemnaberis*. Act. 3. 6. *Argentum*, &, id eſt, *vel aurum non eſt mihi*. Joan. 6. 53. *Niſi manducaveritis carnem filii hominis*, &, id eſt, *aut biberitis ejus ſanguinem*.

Sed, *autem*. ויעצר במלין מי יוכל Job. 4. 2. *Sed continere sermonem quis poterit?* ומפרי Gen. 3. 2. *Sed de fructu*, vel *de fructu autem ligni, quod est in medio Paradisi, non vescimur*. לא אדני, ועבדיך באו לשבר אכל Gen. 42. 10. *Non*, *Domine*, *sed servi tui venerunt ad emendum cibum*. לבנים נפלו וגזית נבנה Isa. 9. 10. *Lateritii muri ceciderunt; sed lapidibus quadris illos ædificabimus*. Hinc Matth. 12. 39. *Generatio mala & adultera signum quærit*, καὶ σημεῖον, *&*, id est, *sed signum non dabitur ei*. Matth. 1. 8. *Et non cognoscebat eam*, id est, *sed non*. Joan. 5. 39. *Scrutamini Scripturas. Illæ testimonium perhibent de me*, καὶ, *&*, id est, *sed non vultis venire ad me*. Act. 10. 28. *Scitis quomodo abominatum sit viro Judæo accedere ad alienigenam*, καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε, *&*, id est, ut habet Vulgata, *sed mihi ostendit Deus*. 1. Cor. 16. 12. *Rogavi Apollo ut veniret ad vos*, καὶ, *&*, *sed non fuit voluntas ut veniret*. Heb. 10. 38. *Justus ex fide vivit;* καὶ, *quod si*, ut habet Vulgata, *se subtraxerit*, *non placebit animæ meæ*.

Tamen. Psal. 44. 18. *Totum venit nobis*, ולא *& non*, id est, *tamen non obliti sumus te*. Exod. 5. 16. *Paleæ non dantur nobis*, ו *&*, id est, *nihilominus lateres similiter imperantur*.

Quamvis. הנה נא הואלתי לדבר אל אדני

ואנכי עפר ואפר Gen. 18. 27. *Ecce nunc cuperem loqui ad Dominum*, ו *quamvis ego sim pulvis & cinis.*

Ut. Gen. 23. 9. *Intercedite pro me apud Ephron*, ויתן לי &, id est, *ut det mihi.* Exod. 8. 1. *Mitte populum meum* ויעבדני *ut serviat mihi.* 70. ἵνα μοι λατρεύσῃ: Vulgata similiter. Jon. 1. 11. *Quid faciemus tibi*, וישתק *ut quiescat mare.*

Cum. 1. Sam. 14. 18. *Quia erat Arca Domini in die illa* ובני ישראל &, id est, *cum filiis Israel*, ut habet Vulgata.

Tunc. Gen. 3. 5. *Novit Dominus quod si comederitis*, והפקחנה &, id est, *tunc aperientur oculi vestri.* Hinc Luc. 21. 25. καὶ ἔσται *Et erunt*, id est, *tunc erunt signa in sole*, &c.

Donec. Gen. 18. 4. *Requiescite sub arbore*, &, id est, *donec ponam buccellam panis.*

Quando. ושכבתי עם אבתי Gen. 47. 40. *Cum dormiero cum patribus meis, tunc tolles me de Ægypto.*

II. Consuetum est ut conjunctio ו in posteriori alicujus periodi commate posita, eumdem sensum habeat quem habet particula expressa, aut subintellecta in priori. כעבור סופה, ואין רשע Prov. 10. 25. *Sicut transit turbo, sic non est impius.* מצרף לכסף, וכור לזהב; ובחן לבות יהוה Prov. 17. 3. *Sicut conflatorium est* [illegible]*gento & caminus*

auro: ita probat corda Dominus. 1. Sam. 14. 24. *Maledictus vir qui comederit panem*, עד הערב ,ונקמתי מאיבי *usque ad vesperam*, *&* *vindicabor*, id est, *&* *usquedum ulciscar de inimicis meis*, ut habet Vulgata. Hinc Matth. 6. 10. *Fiat voluntas tua sicut in Cœlo*, *&* id est, *sic in terra*.

III. Conjunctio ו interdum est mere copulativa; interdum vero conversiva futuri in præteritum, & vice versa præteriti in futurum, quod nullo negotio sola loci exigentia deprehenditur. ויאמר אלהים Gen. 1. 3. *Et dixit Deus*. ועבר יהוה Exod. 12. 23. *Et transibit Dominus*. Tunc autem potissimum conversiva est præteriti in futurum, cum præcessit futurum; & e contrario futuri in præteritum, conversiva est, cum præcessit præteritum, ad quod refertur verbum cui annectitur. Interdum etiam est mere conversiva, nullumque alium effectum habere deprehenditur. ביום השלישי וישא אברהם Gen. 21. 4. *Die tertia levavit Abraham oculos*. כל אכל חמץ ,ונכרתה הנפש הוא Exod. 12. 15. *Quicunque comederit fermentatum*, *exscindetur anima illa*. Id præsertim contingit in librorum ac periodorum initiis.

IV. Redundat sæpissime conjunctio ו, præsertim in principio librorum, capitum, imo & versuum. Omnes versus libri

libri Ruth, exceptis octo, incipiunt ab ista conjunctione. ותשב תמר ושממה 2. Sam. 13. 20. *Et mansit Thamar desolata.* מצות שפתיו ולא אמיש Job. 23. 10. *Præcepta labiorum ejus non deseram.* ואעלה באש מחניכם ובאפכם Amos. 4. 10. *Ascendere feci fœtorem castrorum vestrorum in nasum vestrum.* Superfluit ו in voce ובאפכם. Hinc Matth. 9. 10. *Et factum est discumbente eo in domo*, καὶ ἰδοὺ, *ecce multi publicani.* Act. 1. 10. *Cumque intuerentur in cœlum*, καὶ ἰδοὺ, *ecce duo viri astiterunt.*

V. Deest etiam nonnunquam ista conjunctio. כטל חרמון, שיורד על הררי ציון Psal. 133. 3. *Sicut ros Hermon*, ושיורד *& qui descendit in montes Sion.* Mons enim Hermon longe distat a Jerusalem. Isa. 63. 11. *Et recordatus est dierum sæculi* משה עמו *Moysis & populi sui*, ut fert Vulgata, & sensus exigit. שמש ירח עמד Habac. 3. 1. *Sol & luna steterunt.* Verisimillimum est plerasque istarum ellipsewn ortas esse ex Amanuensium incogitantia.

II.

De Conjunctione conditionali אם *Si.*

I. Primaria conjunctionis hujus significatio est *si.* אם בקולו תשמעו Psal. 95. 7. *Si vocem ejus audieritis.*

Interdum *an*, *numquid?* אם שרה הבת

תשעים שנה תלד? Gen. 17. 17. *Numquid Sara nonagenaria pariet?* אם טוב משל בכם איש אחד? Jud. 9. 2. *An bonum est dominari in vos virum unum?* אם כח אבנים כחי Job. 6. 12. *Numquid fortitudo lapidum est fortitudo mea?* Hinc Matth. 14. 10. εἰ ἔξεστι, *si licet*, pro *an licet?* ut & alibi pluries.

Quando. אם תשכב Prov. 3. 24. *Quando cubueris, non timebis:* eo sensu quo dicitur Æneid. 5. *Præterea si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit*.

Sive. אם מעט, ואם הרבה יאכל Eccl. 5. 11. *Sive parum, sive multum comedat*.

Quamvis. אם יהיו חטאיכם Isa. 1. 18. *Quamvis sint peccata vestra*, &c.

II. Usurpatur sæpe pro adverbio negandi. Verum id observandum, quod in juramentis sola posita neget, juncta vero particulæ negativæ לא affirmet. חי יהוה אם 1. Sam. 14. 45. *Vivit Dominus, si cadat de capillis ejus in terram*, id est, *non cadet*. חי פרעה אם Gen. 42. 15. *Vivit Pharao, si exibitis hinc*, id est, *non exibitis*. Gen. 14. 23. *Levo manum meam ad Deum excelsum*, אם *si a filo usque ad corrigiam calceamenti accipiam*, id est, *nihil accipiam*. Hinc Marc. 8. 12. *Amen dico vobis*, εἰ δοθήσεται, *si dabitur generationi isti signum*, id est, *non dabitur*, prout habetur Matth. 16. 4. Contra vero, Isa. 14. 24. *Juravit Dominus exercituum, dicens*, אם לא

si non ut cogitavi ita fiet, id est, *ita fiet ut cogitavi*.

III. Redundat interdum conjunctio conditionalis. לא אעזבך עד אשר אם עשיתי את אשר דברתי לך. Gen. 28. 15. *Non derelinquam te, donec perfecero quæ dixi tibi*. אם eo loci nihil significat. לא נשאר בלתי אם גויתנו Gen. 47. 18. *Non relictum est, nisi corpus nostrum*.

IV. Interdum etiam deficit. אספרם מחול ירבון Psal. 139. 8. *Dinumerabo eos, præ arena multiplicabuntur*, id est, *si dinumerare tentavero*.

I I I.

De Conjunctione causali כי quia.

I. PRIMARIA illius significatio est *quia*. Gen. 3. 6. *Et vidit mulier* כי *quia bona erat arbor ad vescendum*.

Interdum *sed*. Psal. 118. 17. *Non moriar*, כי *sed vivam*.

Ut. Job. 6. 11. *Quæ est fortitudo mea*, כי *ut sustineam?*

Tamen. Num. 14. 22. *Vivo ego, & gloria Domini replebitur omnis terra*. כי *Verumtamen omnes illi viri qui viderunt*, &c.

Tantum כי יהיה שלום בימי Isa. 39. 8. *Tantummodo fiat pax in diebus meis*.

Quando. כי תעבד את אדמה Gen. 4. 12.

Quando colueris terram. כי ידבר אלכם פרעה Exod. 7. 9. *Cum alloquetur vos Pharao*.

Qui, *quæ*, *quod*. Gen. 4. 25. *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel*, כי *quem occidit Cain* Psal. 90. 4. *Mille anni tanquam dies hesterna*, כי יעבר *quæ præteriit*. Prov. 11. 15. *Confringendo confringetur* כי *qui spoponderit pro extraneo*

Ideo. 1. Sam. 2. 25. *Et noluerunt obedire voci patris sui*, כי *ideo placuit Deo eos occidere*.

Si. Num. 5. 20. *Et tu* כי *si declinasti a viro tuo*.

II. Quandoque omittitur conjunctio כי. ידעו גוים אנש המה Psal. 9. 21. *Cognoscent Gentes quia homines sunt*. שמענו אלהים עמכם Zachar. 8. 23. *Audivimus quia Deus est vobiscum*. Gen. 17. 14. *Masculus qui non fuerit circumcisus*, *exscindetur anima ejus*, את בריתי הפר *quia pactum meum irritum fecit*.

III. Quandoque redundat. אתה כי אמנם כי אם גאל אנכי Ruth. 3. 12. *Et nunc vere redemptor ego sum*. Hinc 1. Joan. 3. 20. *Si reprehenderit nos cor nostrum*, ὅτι, *quia major est Deus corde nostro*. *Quia* redundat.

IV. Dictum est supra conjunctionem אף כי in comparatione affirmante significare *quanto magis*; in negante, *quanto minus*. Deut. 31. 27. *Me adhuc vivente rebelles fuistis?* ואף כי אחרי מותי *quanto*

magis post mortem meam? 1. Reg. 8. 27. *Ecce cæli cælorum te non capiunt*, אף כי *quanto minus domus hæc?* Gen. 3. 1. legitur אף כי longe diverso sensu. Alii interpretantur, *verum ne est quod?* alii *quare?* &c.

CAPUT TRIGESIMUM.

De Interjectionibus.

SUBJICERE sufficiet exempla nonnulla singularum.

I. Obsecrantis. בי, לו, אנה, אנא, נא Gen. 18. 30. אל נא *Ne quæso, irascatur Dominus.* אנא שא נא פשע אחיך Gen. 50. 17. *Obsecro, parce nunc prævaricationi fratrum tuorum.* אנה יהוה Psal. 116. 4. *Quæso, Domine.* לו שמעני Gen. 23. 13. *Quæso, audi me.* בי אדני Gen. 43. 19. *Obsecro, Domine.*

II. Hortantis. הבה *Age.* הבה נלבנה לבנים *Agite, laterificemus lateres, faciamus lateres.*

III. *Abominantis.* חלילה *Absit.* חלילה לך Gen. 18. 21. *Absit a te, ut facias juxta verbum hoc.* Hanc interjectionem vertunt interdum 70. per ἵλεώς μοι ὁ Θεὸς, *propitius sit mihi Deus.* Hinc Matth. 16. 22. Petrus ad Jesum: ἵλεώς σοι Κύριε:

Absit a te, Domine, non erit tibi hoc.

IV. Comminantis. אהה, הה, הוי, אוי, אי. *οὐαὶ, væ.* אי לך Eccl. 10. 16. *Væ tibi, terra.* אוי לך מואב Num. 21. 29. *Væ tibi, Moab.* הוי גוי חטא Isa. 1. 4. *Væ genti peccatrici.* הה ליום Ezech. 30. 2. *Væ diei.* אהה ליום Joel. 1. 15. *Væ diei.*

V. Dolentis. אוי *Heu.* אוי אחי Jerem. 22. 18. *Heu, frater mi.*

VI. Exclamantis præ dolore. הו הו *Heu, heu.* בכל חוצית יאמרו הו הו Amos. 5. 16. *In omnibus plateis dicent, heu, heu.*

VII. Insultantis & exprobrantis. האח *Euge.* *ὐὰ, Vah.* אמרו האח האח Psal. 35. 21. *Dixerunt, Euge, euge.* 70. *εὖγε.* יען אמרך האח Ezech. 25. 3. *Propter dicere te*, id est, quia dicis, *Euge.*

CAPUT TRIGESIMUM-PRIMUM.

Exercitatio Grammatica in Caput primum Geneseos.

HACTENUS traditæ sunt præcipuæ Grammaticæ Hebraicæ præceptiones; nunc docendus est earum usus, caputque aliquod Textus Hebraici quoad omnia vocabula accurate ac juxta regulas exponendum. Nihil hujuscemodi exerci-

tationibus utilius est linguæ sanctæ Tyronibus, præsertim si ad singula quæque vocabula regulæ consulantur.

1. Versus.

& cœlum Deus creavit principio In
בראשית ברא אלהים את השמים ואת
terram
הארץ.

בראשית. Dictionis hujus radix est ראש *caput*, *principium*. Tres enim litteræ ר א ש eo loci sunt necessario radicales. cap. 21. n. 1. Huic radici addendo duas litteras finales ית fit nomen fœmininum: cap. 2. n. 2. quod significat *principium*. ב est præpositio significans *in*. cap. 17. n. 2. Vocabulum integrum בראשית pro variis locorum circumstantiis, significare potest *in principio*, *cum primum*, *primum*, &c.

ברא. Tertia persona præteriti verbi ברא *creavit*, *fecit*. Verbum est activum accusativum regens cum præpositione את. Hic notari potest nominativum verbi apud Hebræos non semper ante verbum suum collocari.

אלהים, cujus singulare אלוה seu אלה *Deus*. Quamvis ea vox terminationem habeat pluralem, sitque interdum vere pluralis, communiter significationem habet singularem. cap. 24. n. 9. Hic ver-

bo ſingulari jungitur. ברא אלהים.

Sub ultima ſyllaba dictionis hujus conſpicitur in Bibliis punctatis accentus diſtinguens, quem vocant אתנח *Athnach.* cap. 1. n. 5. Hoc exemplo patet accentum illum adhiberi etiam in iis locis, in quibus nulla eſt diſtinctionis & pauſationis neceſſitas.

את השמים. *Cælum*, vel *cælos*. שמים nomen eſt ex eorum numero, quæ carent ſingulari. cap. 2. n. 4. Eſt in accuſativo, ut indicat particula את, quæ accuſativi nota eſt. cap. 2. n. 6. Regitur a verbo activo ברא *creavit*. Præfigitur ei nomini littera ה, quæ quandoque æquivalet articulo Græcorum, quandoque vero otioſa eſt, nihilque ſignificat. cap. 25. n. 4.

ואת הארץ *Et terram*. ו conjunctio &. cap. 29. n. 1. ארץ *terra* fœminini generis, licet habeat terminationem maſculinam. cap. 2. n. 3. את הארץ alter accuſativus verbi ברא.

Poſt הארץ conſpiciuntur in Bibliis Hebraicis duo puncta quadrata, quæ puncto noſtro æquivalent. Sunt iſta duo puncta præcipuus accentus diſtinctionis Hebræorum, ab iis vocatus סוף פסוק *Soph Paſuk*, id eſt, *finis verſiculi*. cap. 1. n. 5.

2.

tenebræ &, vacua & inanis erat terra Et
וחשך ; ובהו, והארץ היתה תהו

Dei spiritus & : abyssi faciem super
ורוח אלהים : תהום · פני · על
aquarum faciem super incubans
מרחפת על פני המים.

והארץ *Et terra*. Jam exposita est ea vox.

היתה *Erat*. Tertia persona singularis fœm. verbi היה fuit. cap. 12. n. 5. Verba *Lamed he* hoc modo formant istam personam. cap. 12. n. 4. Fœminini generis est, quia refertur ad ארץ fœminini generis. Præteritum pro imperfecto. cap. 4. n. 3.

תהו. Nomen substantivum masc. proprie *inanitatem* significans. Sæpe Hebræi substantiva pro adjectivis usurpant, abstracta pro concretis. cap. 23. n. 3.

ובהו. Nomen substantivum masc. junctum conjunctioni ו ejusdem fere significationis ac præcedens. *Et vacuitas*. Iterum abstractum pro concreto. Dici posset hæc duo substantiva gerere vicem superlativi c. 24. n. 5.

Supra litteram penultimam hujus vocis conspiciuntur in Bibliis punctatis duo puncta perpendiculariter disposita. Accentus est dictus a Massorethis זקף קטן *Zakeph Katon*, respondens nostro puncto cum virgula, & semicola distinguens. cap. 1. n. 5.

וחשך *Et tenebræ*. Nomen maſculinum. Radix חשך *obſcurus*.

Poſt חשך ſubintelligendum eſt verbum ſubſtantivum היה quod imperfecto reddi debet, cum id exigat loci ſenſus. cap. 26. n. 4.

על. Præpoſitio ſignificans *ſuper*. c. 17. n. 2.

פני. *Faciem*: a פנה *reſpicere*, fit פנים *facies*, nomen ſingulari carens. cap. 2. n. 4. Demta eſt littera ם altera formativa pluralis, ob ſtatum regiminis, id eſt, quia vox פנים ſequentem regit. cap. 1. n. 7.

תהום. *Abyſſi*. Radix תהם ex qua inſerto ו, uti fieri conſuevit in plurimorum nominum verbalium formatione, fit תהום. cap. 15. n. 2.

ורוח. *Et ſpiritus*, *flatus*, *ventus*. רוח nomen communis generis, ſæpius tamen fœminini, licet habeat terminationem maſculinam. cap. 2. n. 2. Regit nomen ſequens in genitivo, idque indicat loci exigentia, duorumque iſtorum terminorum conjunctio. cap. 24. n. 1.

רוח אלהים. Verti poſſet *ventus maximus*. Dictum eſt enim cap. 24. n. 5. ab Hebræis ſuperlativum ſæpe hoc modo exprimi.

מרחפת. *Incubans*. Participium *Hiphil* fœmininum verbi רחף *incubare*, *movere ſe*, *ferri*. מ participii nota. c. 7. n. 2. ת

finale pro ה nota generis fœminini. c. 2. n. 2. Fœminina enim cum sunt in statu regiminis, id est, cum post se regunt in obliquo nomen aliquod, mutant ה sui generis formativum in ת. c. 2. n. 7. Sola exigentia loci docet istud participium esse participium *Benoni*, seu activum. Nam cum participia activa *Hiphil* sæpe deperdant suum י, in nullo discrepant hoc in casu a participiis *Paoul*, seu passivis ejusdem conjugationis. c. 7. n. 2.

על פני. De his vocibus jam dictum est.

המים. *Aquarum*. Genitivus: nomen enim præcedens est in regimine, id est, deperdit ם finale. Radix מים *aqua*, singulari carens. c. 2. n. 4. Præfigitur littera ה, quæ præsertim genitivo jungitur, licet aliis omnibus casibus jungi possit. c. 2. n. 6.

3.

lux est facta &; lux fiat, Deus dixit Et

ויאמר אלהים, יהי אור; ויהי אור.

ויאמר *Et dixit*. יאמר 3. perf. sing. fut. verbi אמר, quæ in præteritum convertitur per conjunctionem ו. cap. 4. num. 3.

יהי. 3. perf. sing. masc. fut. verbi היה. Regulariter dicendum esset יהיה. Verum verba *Lamed he* sæpe ultimam deperdunt in futuro. cap. 12. n. 4. Futurum esse pot-

est tam conjugationis *Kal*, quam *Niphal*. Futura enim harum conjugationum sola loci exigentia distinguuntur. cap. 6. Hic ob loci exigentiam in conjugatione *Niphal* sumendum est. Cumque futurum pro imperativo ponatur in tertiis personis, quibus caret imperativus, cap. 4. n. 3. recte ea vox redditur per istam *fiat*.

אור *lux*: nomen masc. cujus radix אור *lucere*.

ויהי אור. *Et facta est lux*. יהי futurum per ו conversivum mutatum in præteritum. cap. 4. n. 3.

4.

bona quia lucem Deus vidit Et
וירא אלהים את האור כי טוב:
inter & , lucem inter Deus distinxit &
ויבדל אלהים בין האור, ובין
tenebras
החשך.

וירא *Et vidit*. 3. p. sing. masc. futuri verbi ראה *videre*. ירא pro יראה. Verba enim *Lamed he* in futuro perdunt ה. c. 12. n. 4. Verbum est activum regens accusativum cum particula את. Futurum istud in præteritum mutatur ob ו conversivum. c. 4. n. 3.

כי *Quia*, *quod*. *Et vidit Deus lucem quia bona*, id est, *lucem esse bonum*, seu *quod*

lux erat bona. Subauditur verbum היה *erat*. c. 16. n. 3.

טוב. Adjectivum masc. concordans cum substantivo אור.

ויבדל. *Et divisit*: 3. p. sing. masc. fut. verbi בדל *dividere*, *separare*. ו conversivum.

בין præpositio significans *inter*.

בין האור, ובין החשך. *Inter lucem*, & *inter tenebras*: id est, *lucem a tenebris*.

5.

tenebras &; diem lucem Deus vocavit Et
ויקרא אלהים לאור יום; ולחשך
, vespere est factum & noctem vocavit
קרא לילה : ויהי ערב,
unus dies mane est factum &
ויהי בקר, יום אחד.

ויקרא. *Et appellavit*. Futurum pro præterito verbi קרא

לאור casus verbi קרא, quod etsi activum sit, tamen nomen suum regit mediante littera ל, quæ nota est dativi. c. 26. n. 6.

יום *Dies*. Nomen masculinum.

ולחשך. *Et tenebras*, alter casus verbi קרא.

לילה. *Noctem*. Nomen masculini generis, ut pluribus placet, etsi videatur terminationem habere fœmininam. cap.

2. n. 3. Fit a radice ליל *nox*, addito ה paragogico. cap. 18. n. 3.

ויהי. *Et fuit*, *&* *factum est*. Futurum verbi היה per ו conversum in præteritum.

ערב. *Vesper*, tempus vespertinum.

בקר. *Mane*, tempus matutinum.

יום אחד. *Dies unus*. *Unus*, id est, *primus*. cap. 24. n. 6. sicut in Evangelio dicitur *una Sabbathorum*. Eodem modo dixit Cicero, *uno & octogesimo anno mortuus est*. l. de Senectute.

6.

in firmamentum fiat Deus dixit Et
ויאמר אלהים, יהי רקיע
inter dividens sit & ; aquarum medio
בתוך המים, ויהי מבדיל בין
aquis ab aquas
מים למים.

רקיע. *Firmamentum*, *expansum*, Nomen masculinum formatum a radice רקע *expandit*, per insertionem י ante ultimam. c. 15. n. 2.

בתוך. ב *in*. תוך *medium*.

המים. Genitivus מים *aquæ*. המים *aquarum*. c. 2. n. 6.

מבדיל. Participium Benoni conjugationis *Hiphil* verbi בדל *dividere*. masc. gen. Refertur enim ad רקיע masculini item generis, *Sit dividens*, id est, *dividat*.

בין מים למים. Ad litteram, *inter aquas ab aquis*, id est, *aquas ab aquis*. c. 26. n. 4.

7.

divisit &, firmamentum Deus fecit Et
ויעש אלהים את רקיע , ויבדל
firmamento sub de quæ aquas inter
בין המים אשר מתחת לרקיע ,
: firmamento super de quæ aquas inter &
ובין המים אשר מעל לרקיע :
ita est factum &
ויהי כן .

ויעש. *Et fecit*: futurum verbi עשה *facere*. Verba *Lamed he* in futuro perdunt ה. c. 12. n. 4. Futurum pro præterito ob ו conversivum.

אשר relativum *qui*, *quæ*, *quod*, cujusvis generis ac numeri, c. 3. n. 5.

מתחת. Duæ propositiones simul junctæ. מ *de*, תחת *sub*. c. 28. n. 5.

מעל. Duæ item præpositiones מ *de*, & על *super*.

כן *ita*. Radix כון.

8.

; Cœlum firmamentum Deus vocavit Et
ויקרא אלהים לרקיע שמים ;
, mane est factum &, vespere est factum &
ויהי ערב , ויהי בקר ,
secundus dies
יום שני .

Omnes hujus verſiculi voces jam explicatæ ſunt præter ultimam.

שני *ſecundus*. Nomen numerale ordinale maſc. gen. quia refertur ad יום. De his nominibus vide cap. 24. n. 6.

9.

aquæ	congregentur	Deus	dixit Et
המים	יקוו	אלהים	ויאמר

appareat &; unum locum in, cœlo ſub de
ותראה; אחד מקום אל השמים מתחת
ita eſt factum &; arida
היבשה; ויהי כן.

יקוו 3. perſ. plur. maſc. fut. verbi קוה. Verba *Lamed he* ultimam deperdunt in futuro. cap. 12. n. 4. קוה in conjugatione *Kal* ſignificat *expectare*, in conjugatione *Niphal*, *confluere*. יקוו tam poteſt eſſe conjugationis *Kal*, quam *Niphal*. Hic ſenſus exigit ut ſumatur in conjugatione *Niphal*. Futurum pro imperativo. cap. 4. n. 3. & cap. 26. n. 8.

מקום *locus*. Nomen maſc. formatum a radice קום *ſtare*, *ſurgere*, litteram מ præponendo. c. 15. n. 2.

ותראה *& videbitur*, *& appareat*. 3. perſ. ſing. fœm. fut. verbi ראה *videre*. Futura *Kal* & *Niphal* litteris non diſtinguuntur. c. 6. תראה ergo tam poteſt eſſe in conjugatione *Kal*, quam in *Niphal*. Senſus loci

loci aperte oftendit effe in *Niphal*; *& videbitur*. Futurum pro imperativo. *Et videatur*, *& appareat*. c. 4. n. 3. & cap. 26. n. 8.

ויבשה. *Arida*. Nomen adjectivum fœm. יבש *aridus*. יבשה *arida*. Radix יבש *aruit*.

10.

, terram aridam Deus vocavit Et
ויקרא אלהים ליבשה ארץ,
vocavit , aquarum congregationem &
ולמקוה המים, קרא
bonum quia Deus vidit &; maria
ימים; וירא אלהים כי טוב.

ולמקוה *& congregationem* מקוה nomen mafc. verbale formatum a verbo קוה, de quo fupra, per additionem litteræ מ in fronte. c. 15. n. 2.

ימים *maria*. Radix ימם feu ים *mare*.

11.

herbam terra germinet, Deus dixit Et
ויאמר אלהים, תדשא הארץ דשא
lignum , femen feminantem , herbam
עשב, מזריע זרע, עץ
,fuum genus juxta fructum faciens fructiferum
פרי עשה פרי למינו,
: terram fuper eo in ejus femen cujus
אשר זרעו בו על הארץ:
ita eft factum &
ויהי כן.

תדשא. 3. perf. fing. fœm. (quia refertur ad ארץ fœmininum.) futuri verbi דשא *germinare*, *herbascere*.

דשא, *herba*. Nomen masc. a radice דשא, *herbascere*.

עשב. Nomen masc. *Herba*. דשא עשב. *Herbam herbam*, id est, *herbas cujusvis generis ac speciei*. c. 24. n. 5. & 7.

מזריע. Participium masc. (quia refertur ad דשא seu עשב.) conjug. *Hiphil*. c. 7. n. 2. verbi זרע *seminavit*.

זרע *Semen*. Nomen masc. ab eadem radice.

עץ. *Lignum*, seu *arbor*, radix duarum litterarum.

פרי, *Fructus*. Nomen substantivum masc. a radice פרה *fructum edere*. פרי participium *Benoni* verbi פרה, vel nomen substantivum. עץ פרי *lignum fructus*, seu *fructiferum*.

עשה, radix עשה *facere*. Ea vox, si solæ litteræ spectentur, valde est ambigua. Nam potest esse præteritum *fecit*, participium activum *faciens*, participium passivum *factus*, imperativus *fac*, infinitivus *facere*. c. 12. n. 4. Tamen si loci exigentia consulatur, facile constabit esse participium, & quidem activum. עשה פרי *faciens fructum*.

למינו. Tres voces in unam collectæ. ל, מין, ו. ל præpositio est eo loci signifi-

tans *juxta*. c. 28. n. 4. מין nomen ſubſtantivum maſc. primitivum ſeu radicale, *genus* ſeu *ſpecies*. ו pronomen affixum tertiæ perſonæ maſc. ſing. Refertur illud pronomen ad עץ, quod eſt maſculini generis. Hic reciprocum eſt, c. 3. n. 6. & c. 25. n. 7. למינו *juxta genus ſuum*.

אשר זרעו בו. *Cujus ſemen ejus in eo ſit*. In voce זרעו redundat pronomen ו. c. 25. n. 8. בו *in eo*: ſubauditur verbum ſubſtantivum *ſit*. c. 26, n. 4.

12,

, herbam herbam terra produxit Et
ותוצא הארץ דשא עשב ,
; ſuum genus juxta ſemen ſementantem
מזריע זרע למינהו ;
ejus ſemen cujus, fructum faciens lignum &
ועץ עשה פרי, אשר זרעו
quia Deus vidit & : ſuum genus juxta eo in
בו למינהו : וירא אלהים כי
bonum
טוב.

ותוצא. *Et produxit*, Radix יצא *exivit*. תוצא 3. perſ. ſing. fœm. futuri. Nam littera ת eſt una ex formativis futuri. c. 5. n. 5. At quodnam futurum eſt? Non *Kal*; ſenſus enim repugnat. *Et exivit terra* non quadrat. Præterea littera ו inſerta poſt ת, denotat eo loci verbum eſſe in *Niphal*,

vel in *Hiphil*, vel in *Hophal*. Sensus non patitur ut sit in *Niphal* & in *Hophal*. Restat ergo ut sit in *Hiphil*, & perfectissime quadrat. *Et exire fecit*, id est, *produxit terra*. Verum quidem est conjugationem *Hiphil* habere י pro formativa, proinde scribi debuisse תוציא. At annotatum est cap. 7. n. 2. illud י sæpissime omitti.

למינהו idem ac למינו supra, הו pro ו. c. 3. n. 2.

13.

est factum &, vespere est factum Et
ויהי ערב, ויהי
tertius dies, mane
בקר, יום שלישי.

שלישי. *Tertius*. Radix שלש *tres*.

14.

luminaria fiant : Deus dixit Et
ויאמר אלהים, יהי מארת
distinguendum ad, cœli firmamento in
ברקיע השמים, להבדיל
sint & ; noctem inter &, diem inter
בין היום, ובין הלילה; והיו
dies in &, tempora in &, signa in
לאתת, ולמועדים, ולימים,
annos &
ושנים.

מארת *luminaria*. Radix אור *lucere*, cui præponendo מ, fit מאור nomen verbale, *lumen*, *luminare*. c. 15. n. 2. In plurali מאורים & מאורות *luminaria*. c. 2. n. 4. Cum autem Hebræi vocales, præsertim א ו י, non raro omittant in medio dictionum, ex מאורות factum est מארות & מארת. Difficile est dijudicare hanc ultimam vocem מארת esse in numero plurali. In Bibliis punctatis infigitur superne inter ת & ו punctum, quod vocant *Cholem* seu *hholem*. Indicat istud punctum ibi supplendum esse ו. At cum leguntur Biblia non punctata, major est difficultas. Qua autem ratione superari facile possit, dictum est cap. 2. n. 4. & cap. 19. n. 9. Notandum non semper absuisse illud ו a textu Hebraico; nec etiam nunc abesse a textu Samaritano.

יהי מארת. Ad verbum: *Fiat luminaria*. Regulariter dicendum fuisset יהיו מארת. Verum in lingua Hebraica non semper concordant nomen & verbum, quantum ad numerum. cap. 26. n. 1. Simile aliquid reperire est in idiomate Gallico, juxta quod non incongrue diceretur: *Qu' il soit fait*, aut *qu' il se fasse des luminaires*.

להבדיל. *Ad separandum*, id est, *ut separent*. Gerundium *Hiphil* c. 7.

בין היום, ובין הלילה. *Inter diem*, & *inter noctem*; id est, *ut separent* seu *distinguant diem a nocte*.

והיו. *Et sint*. 3. perſ. plur. præteriti, verſa in futurum: & *erunt*. Futurum autem vim habet imperativi in tertiis perſonis. c. 5. n. 5.

לאתת. *In ſigna*. Radix אות *ſignum*. In plurali אותים & אותות *ſigna*. c. 2. n. 4. Ex אותות per detractionem ו jam memoratam fit אתת.

ולמועדים. *Et in tempora*. מועדים plurale, מועד ſingulare. Radix יעד *indixit*, ex qua mutando י in ו, quod frequens eſt verbis *Phe iod*, c. 10. n. 1. & præponendo מ, fit מועד nomen verbale, ſignificans *tempus ſtatutum*, &c.

ולימים. *Et in dies*. Dicendum eſſet יומים ab יום *dies*, uti frequenter legitur. Verum legitur etiam non minus frequenter ימים; quo in caſu nonniſi loci exigentia diſtingui poteſt ab ימים *maria*.

ושנים. *Et annos*. שנה *annus*. In plurali שנים, non שנהים. cap. 2. n. 3. & 24. n. 2. obſervat. 2.

15.

firmamento in luminaria in ſint Et
ברקיע למאורת והיו
: terram ſuper illuminandum ad , cœli
: הארץ על להאיר , השמים
ita eſt factum &
: ויהי כן

למאורת. ל præpositio significans *in*. c. 28. n. 4. מאורת idem quod supra מארת.

להאיר. Gerundium *Hiphil* verbi אור, quod in *Kal* significat *lucere*, & in *Hiphil*, *facere lucere*, id est, *illuminare*. c. 4. n. 4. Verba *Ain ouau* in *Hiphil* perdunt suum ו. c. 11. n. 1.

16.

, magna luminaria duo Deus fecit Et
ויעש אלהים את שני המארת הגדלים,
; diei præfecturam ad magnum luminare
את המאור הגדל לממשלת היום;
præfecturam ad, parvum luminare &
ואת המאור הקטן, לממשלת
stellas & ; noctis
הלילה; ואת הכוכבים.

שני pro שנים *duo*. ם detractum, licet vox שני non sit in regimine. c. 2. n. 7.

הגדלים. Plur. masc. adjectivi גדל *magnus*.

לממשלת. *Ad præfecturam*. ממשלה *præfectura*. Status constructus ממשלת. ממשלה nomen verbale formatum a verbo משל *dominari*, additione duarum litterarum, scilicet מ in fronte, & a calce ה. c. 15. n. 2.

הקטן. *Parvum*. Recte vertit Vulgata *luminare majus*, & *luminare minus*. Cum enim Hebræi comparativum non ha-

beant, poſitivum uſurpant loco comparativi, quod loci exigentia dignoſcitur. c. 24. n. 4.

ואת הכוכבים. *Et ſtellas.* Caſus verbi יעש *fecit.* כוכב *ſtella.* Radix ככב *idem.*

17.

, cœli firmamento in Deus illa dedit Et
ויתן אתם אלהים ברקיע השמים ,
terram ſuper illuminandum ad
להאיר על הארץ

ויתן. *Et dedit*, ſeu *poſuit.* 3. perſ. ſing. maſc. fut. verbi נתן *dare.* c. 13. n. 8. converſa in præteritum per ו. Verbum illud & cætera *Phe noun* in futuro amittunt ſuum נ. c. 10. n. 1.

אתם. Accuſativus plur. pronominis tertiæ perſonæ, gen. maſc. c. 3. n. 1. refertur quippe ad מארת generis maſc.

18.

, nocti & diei dominandum ad Et
ולמשל ביום ובלילה ,
inter & , lucem inter dividendum ad &
ולהבדיל בין האור , ובין
bonum quia Deus vidit & ; tenebras
החשך ; וירא אלהים כי טוב.

למשל, gerundium *ad dominandum*, id eſt, *ut præeſſent*. Verbum משל regit

casum suum mediante præpositione ב.

19.

est factum &, vespere est factum Et
ויהי ערב, ויהי
quartus dies mane
בקר יום רביעי.

רביעי. Nomen numerale ordinale. c. 2. n. 8.

20.

reptile aquæ producant, Deus dixit Et
ויאמר אלהים, ישרצו המים שרץ
super volet volatile &, viventis animæ
נפש חיה, ועוף יעופף על
cœli firmamenti faciem super, terram
הארץ, על פני רקיע השמים.

ישרצו. Radix שרץ *repere*. ישרצו. 3. perf. plur. masc. fut. posita pro imperativo. c. 4. n. 3.

נפש *anima*. Vox sæpe superfluens. c. 24. n. 8.

חיה. Participium verbi חיה *vixit*. c. 12. n. 5.

ועוף. *Et volatile*. Nomen collectivum. Radix עוף *volare*.

יעופף *volet*. 3. perf. sing. masc. fut. posita pro imperativo. c. 4. n. 3. יעופף pro יעוף, quia verba *Ain ouau* sæpe duplicant secundam. c. 11. n. 2.

21.

& , grandia cete Deus creavit Et
ויברא אלהים את התנינם הגדלים ,ואת
reptantem viventem animam omnem
כל נפש החיה הרמשת
; ſuas ſpecies juxta aquæ produxerant quam
אשר שרצו המים למינהם ;
; ſuam ſpeciem juxta alatum volatile omne &
ואת כל עף כנף למינהו :
bonum quia Deus vidit Et
וירא אלהים כי טוב

את התנינם. *Cete*. Radix תנן ſeu תנין, a quo in plurali תנינים; & detrahendo ultimum י , תנינם. Cognoſcitur in Bibliis punctatis omiſſum eſſe illud *iod*, quia ſub penultima vocis hujus littera, id eſt, ſub ſecundo נ, affixum eſt punctum quod vocant *Kirik*, ſeu *Khirik parvum*. In Textu Samaritano ſcribitur plene תנינים. Qua ratione dignoſcatur iſta omiſſio in noſtra Methodo, habetur cap. 19. n. 1. & 2.

כל *omnis*. Radix כלל *perfecit*.

הרמשת. Participium ſing. fœm. activum verbi רמש *repere*.

עף pro עוף *volatile*, de quo ſupra. Omittitur ו, cujus omiſſionis indicium habetur in Bibliis punctatis, in puncto quod vocant *Cholem*, inter ף & ע ſuperpoſito. Non deeſt illud ו in Samaritano.

כנף *ala*. עוף כנף. *Volatile alæ*, id est, *alatum*. Abstractum pro concreto. c. 24. n. 3.

22.

Crescite: dicens, Deus eis benedixit Et
ויברך אתם אלהים לאמר: פרו
; maris aquas replete &, multiplicamini &
ורבו, ומלאו המים בימים;
terra in multiplicetur volatile &
והעוף ירב בארץ

ויברך. *Et benedixit*. 3. pers. sing. masc. futuri verbi ברך in præteritum per ו conversa.

לאמר. Gerundium verbi אמר, *dicendo*, *dicens*. c. 5. n. 8.

פרו. Radix פרה *crescere*. Verba *Lamed he* suum ה deperdunt ante crementa. פרו, non פרהו. c. 12. n. 4.

ורבו. Radix רבב *multiplicari*, a qua in imperativo רבו pro רבבו. c. 11. n. 4.

מלאו. Imper. plur. verbi מלא.

את המים בימים. Ad litteram, *aquas in mari*, id est, *aquas maris*. Litteræ ב ל מ non raro formandis genitivis inserviunt. c. 23. n. 2. & 3.

ירב. Futurum verbi רבב. 3. pers. sing. masc. c. 11. n. 4.

23.

est factum &; vespere est factum Et
ויהי ערב ויהי

quintus dies mane
בקר יום חמישי.

חמישי. Nomen numerale ordinale. c. 2. n. 8.

24.

animam terra Producat: Deus dixit Et
ויאמר אלהים תוצא הארץ נפש
, jumenta, ſuo genere in viventem
חיה למינה, בהמה,
: ſuo genere in terræ beſtias &, reptile &
ורמש וחיתו ארץ למינה:
ita eſt factum &
ויהי כן

תוצא. Futurum *Hiphil*. 3. perſ. ſing. fœm. de qua ſupra verſu 12.

בהמה. Radix בהם, unde בהמה & בהמת *beſtia*, & in plurali בהמות, nomen collectivum & utriuſque ſexus.

חיתו Radix חיה *vivere*, unde חיה *vivens*, & mutando ה in ת, חית, cui addendo paragogicum ו, fit חיתו *beſtia*. cap. 18. n. 3. Abeſt illud ו a Samaritano.

25.

,ſuas ſpecies juxta terræ beſtias Deus fecit Et
ויעש אלהים את חית הארץ למינה,
omne &, ſuas ſpecies juxta jumenta &
ואת הבהמה למינה ואת כל

vidit & : suas species juxta terræ reptile
וירא למינהו האדמה רמש
bonum quia Deus
אלהים כי טוב

האדמה. אדמה *terra*. Radix אדם *ruber*.

26.

hominem Faciamus: Deus dixit Et
ויאמר אלהים נעשה אדם
,nostram similitudinem juxta, nostram imaginem ad
בצלמנו כדמותנו ,
volatile supra &, maris pisces supra præsint &
וירדו בדגת הים , ובעוף
omnem super &, jumenta super &, cœli
השמים , ובבהמה , ובכל
reptans reptile omne super &, terram
הארץ, ובכל הרמש הרמש
terram super
על הארץ

נעשה. 1. pers. plur. masc. fut. verbi עשה *facere*, posita pro imperativo. c. 4. n. 3. *faciamus*.

בצלמנו. Tres voces in unam collectæ. נו, צלם, ב. ב præpositio *ad*. צלם *imago*, unde vox *talisman*. נו affixum plurale primæ personæ. c. 3. n. 2.

כדמותנו. Tres voces similiter. נו, דמות, כ. כ præpositio *juxta*. c. 28. n. 3. דמות nomen verbale formatum a radice דמה, *similem*

esse, mutando ה in ות. c. 15. n. 4. In textu Samaritano legitur וכדמותנו, *& juxta similitudinem nostram*. Observatum est repetitionem ejusdem nominis aut alterius synonymi, sæpe tenere locum superlativi. *Ad imaginem & similitudinem*, id est, *ad imaginem valde similem*. c. 24. n. 5.

וירדו. ירדו 3. perf. plur. masc. fut. verbi רדה *dominari*. Omittitur ה radicale, quia verba *Lamed he* illud ה deperdunt antecrementa. c. 12. n. 4. Futurum pro imperativo, *& præsent*. c. 4. n. 3. Ista vox etsi pluralis numeri, refertur ad vocem אדם, quæ singularis est. Vide cap. 26. n. 1.

בדגת. Duæ voces. ב præpositio. דגת *piscis*, nomen collectivum. דגת, דגה, דג. *piscis*, a דוג *piscari*.

27.

suam similitudinem ad hominem Deus creavit Et
ויברא אלהים את האדם בצלמו :
masculum : eum creavit Dei imaginem ad
בצלם אלהים ברא אתו זכר
eos creavit fœminam &
ונקבה ברא אתם

בצלמו. ב *ad*, צלם *imaginem*, ו *ejus*, seu potius *suam*, quia pronomen tertiæ personæ usurpatur pro reciproco. c. 3. n. 6.

זכר, *masculus*, radix זכר *memorare*.

ונקבה *& fœmina*. Nomen fœmininum, a radice נקב.

28.

: Deus eis dixit &, Deus eis benedixit Et
ויברך אתם אלהים ויאמר להם אלהים:
replete &, multiplicamini &, Crescite
פרו, ורבו, ומלאו
dominamini &, eam subjicite &, terram
את הארץ, וכבשה ורדו
, cœli volucribus &, maris piscibus
בדגת הים, ובעוף השמים,
terram super reptanti bestiæ omni &
ובכל חיה הרמשת על הארץ

להם. Dativus pronominis tertiæ personæ plur. masc. c. 3. n. 2.

וכבשה. Legendum esset וכבשוה, *& subjicite eam*, uti legit codex Samaritanus. Verum omissum est ו, cujus absentia in Bibliis punctatis dignoscitur puncto, quod vocant *Kibbuts*, intra ש posito. In Bibliis non punctatis non potest hæc absentia dignosci, nisi attente consideretur exigentia loci. *Facta est non primi scribentis consilio*, inquit Morinus l. 2. Exercit. Biblic. exercit. 18. c. 1. n. 3. *sed Amanuensis errore*. Cum satis frequentes sint ejusmodi omissiones, verisimilius est eas Massoretharum consilio factas, nimirum quia littera ו, admisso puncto *Kibbuts*, superflua videbatur.

ורדו. *Et dominamini*. Imperativi persona plur. masc. verbi רדה.

29.

vobis dedi Ecce : Deus dixit Et
ויאמר אלהים : הנה נתתי לכם
quæ semen seminantem herbam omnem
את כל עשב זרע זרע אשר
omne & , terræ omnis faciem super
על פני כל הארץ , ואת כל
seminans ligni fructus quo in lignum
העץ אשר בו פרי עץ זרע
cibum in erit vobis semen
זרע לכם יהיה לאכלה

הנה adverbium demonstrandi.

נתתי 1. pers. sing. præt. verbi נתן *dare*. c. 13. n. 8.

כל העץ אשר בו. *Omnem arborem in qua*: ad litteram, *omnem arborem qua in ea*, seu *quæ in se habet fructum*.

ואת כל העץ יהיה. Nominativus verbi substantivi cum particula את. *Et omne lignum erit*. c. 26. n. 4.

לאכלה. Radix אכל *comedere*. אכלה אכלת *cibus*.

30.

cunctis &, terræ animantibus cunctis Et
ולכל חיה הארץ , ולכל
repentibus cunctis &, cœli volatilibus
עוף השמים , ולכל רומש
super

, vivens anima quibus in , terram super
על הארץ אשר בו נפש חיה,
est factum &: cibum ad virens olus omne
את כל ירק עשב לאכלה: ויהי
ita
כן.

רומש. *Benoni* verbi רמש. Sed, ut jam visum est, in istis participiis characteristicum ו non rarò omittitur. c. 5. n. 3.

אשר בו נפש חיה. *Quo in eo est anima vivens*. Repenti omni quod in se animam viventem habet. Verbum *est* subintelligitur. c. 26. n. 4.

את כל ירק. Subauditur verbum superiori versu positum, נתתי. *Et cunctis animantibus dedi omne olus in cibum*.

31.

; fecerat quod omne Deus vidit Et
וירא אלהים את כל אשר עשה;
est factum &: valde bonum ecce &
והנה טוב מאד: ויהי
sextus dies, mane est factum &, vespere
ערב, ויהי בקר, יום הששי.

עשה. 3. pers. præt. sing. Hîc pro plusquam perfecto ponitur, ut sensus indicat. c. 4. n. 3. & c. 26. n. 8.

והנה. *Et ecce*, adverbium demonstrandi, post quod subintelligendum ver-

bum substantivum tempore congruo. *Et ecce erant.*

טוב מאד *bona valde.* Superlativum. c. 24. n. 5.

הששי. ה articulus est. ששי nomen numerale ordinale. c. 2. n. 8. *sextus.*

CAPUT TRIGESIMUM-SECUNDUM.

Exercitatio altera ad faciliorem reddendam radicis investigationem.

SUB finem capitis 21. indices nonnullos promisimus, quibus radicis investigatio planior redderetur. Tres idcirco adteximus.

Primum radicum duarum litterarum.

Secundum verborum omnium defectivorum per classes suas.

Tertium vocabulorum, quorum radix nonnisi aliquantulum exercitatis obvia est.

Cùm necesse sit Hebraizantibus omnia illa vocabula memoriæ tandem aliquando mandare, erit eis admodum conducibile, ut a primis exercitationis diebus in eâ palæstra se quotidie aliquantulum exerceant. Nihil postea supererit quod eos tantisper in hoc negotio morari possit.

Radices enim quatuor aut quinque litterarum ſunt agnitu facillimæ : ut & illæ quæ tribus quidem tantùm litteris conſtant, ſed quarum nulla deperditur.

I.

Radices duarum litterarum.

NIHIL exercitandis officiet, etſi ex ſequentibus vocabulis quædam non poſſint accurate loquendo inter radices annumerari,

או Aut.
אז Tunc.
אח Focus.
אי Inſula.
אך Tantùm.
אל Ne, non, ad.
אל Illi, illæ.
אם Si.
אן Quo.
אף Etiam.
אש Ignis.
את Cum, ligo.
בג Cibus.
בד Linum.
בי Quæſo.
בל Non.
בת Bathus.
גג Tectum.

גד Coriandrum.
גם Etiam.
גת Torcular.
דד Uber.
די Sufficientia.
דל Oſtium.
דם Sanguis,
דר Parius lapis.
דת Ediƈtum.
הא En.
הה Ah.
הי Heu.
הם Illi.
הן En.
וו Uncinus.
זג Cutis uvarum.
זה Hic, iſte.
יד Manus.
יה Deus.
ים Mare.
יש Eſt.
כה Sic.
כי Quia.
כך Sic.
לא Non.
לו Utinam.
לז Ille, illa.
מה Quid.
מי Quis.
מן A.
מר Stilla.

נא Obſecro.
נד Acervus.
נץ Accipiter.
סס Tinea.
עז Capra.
עט Stylus.
עץ Lignum.
פה Os, hîc.
פר Juvencus.
שד Mamma.
שה Pecus, agnus.
שי Munus.
שם Nomen, ibi.
שק Saccus.
שש Byſſus, ſex.
תא Thalamus.

I I.

Verba defectiva.

Phe iod.

יאב Deſideravit.
יאל Voluit.
יאש Deſperavit.
יאת Acquievit.
יבב Vociferatus eſt.
יבל Attulit.
יבם Leviri officio functus eſt.
יבש Aruit.
יגע Laboravit.
יגר Metuit.

ידע Scivit.
יהב Dedit.
יזם Cogitavit.
יזע Sudavit.
יחד Adunavit.
יחל Exſpectavit.
יחם Incaluit.
יחר Tardavit.
יחש Genealogia.
יטב Bonum eſſe.
יכח Arguere.
ילד Gignere.
ילך Ire.
ילל Ululare.
ינח Dimittere.
ינק Sugere.
יסד Fundare.
יסך Ungere.
יסף Addere.
יסר Erudire.
יעד Condicere.
יעז Confirmare.
יעט Amicire.
יעל Prodeſſe.
יעף Laſſus fuit.
יעץ Conſuluit.
יפח Suſpiravit.
יפע Illuxit.
יצב Statuit.
יצג Statuit.
יצע Stravit.

יצק Fudit.
יצר Finxit.
יצת Succendit.
יקד Arſit.
יקע Pependit.
יקף Circumdedit.
יקץ Evigilavit.
יקר Pretioſus fuit.
יקש Laqueum tetendit.
ירד Deſcendit.
ירט Declinavit.
ירע Malus fuit.
ירק Spuit.
ירש Poſſedit.
ישב Sedit.
ישח Depreſſit.
ישט Porrexit.
ישם Deſolatus eſt.
ישן Dormivit.
ישע Salvavit.
ישר Rectus fuit.
ישש Decrepitus fuit.
יתר Reliquit.

Phe noun.

נאם Dixit.
נאף Adulteravit.
נאץ Sprevit.
נאק Gemuit.
נאר Deteſtatus eſt.
נבח Latravit.

נבט Intuitus eſt.
נבל Cecidit.
נבע Scaturivit.
נגד Nuntiavit.
נגה Ferire.
נגן Pulſare inſtrumentum muſicum.
נגע Tangere.
נגף Percutere.
נגר Defluere.
נגש Accedere.
נדב Sponte dare.
נדח Impellere.
נדף Diſpellere.
נדר Vovere.
נהג Ducere.
נהל Ducere.
נהם Rugire.
נהק Rudere.
נהר Fluere.
נזד Coquere.
נזל Fluere.
נזר Separare.
נחל Poſſidere.
נחם Conſolari.
נחץ Urgere.
נחש Augurari.
נחת Deſcendere.
נטל Tollere.
נטע Plantare.
נטף Stillare.
נטר Cuſtodire.

נטש Dimittere.
נכל Machinari.
נכר Agnovit.
נמל Circumcidit.
נסג Apprehendit.
נסח Avulſit.
נסך Fudit.
נסע Proficiſci.
נעל Peſſulo clauſit.
נעם Amœnus fuit.
נער Excuſſit.
נפח Flavit.
נפל Cecidit.
נפץ Sparſit.
נפש Reſpiravit.
נצח Vincere.
נצל Evadere.
נצר Cuſtodire.
נקב Perforare.
נקד Punctare.
נקם Ulciſci.
נקע Luxari.
נקף Concidit.
נקר Effodit.
נקש Illaqueavit.
נשב Sufflavit.
נשג Attigit.
נשך Momordit.
נשל Decuſſit.
נשף Flavit.
נשק Oſculatus eſt, incendit.

כשת Periit.
כתח Divisit in frusta.
כתך Fudit.
כתס Diruit.
כתץ Demolitus est.
כתק Avulsit.
כתר Saliit.
כתש Avulsit.

Ain ouau.

אוץ Urgere.
אור Lucere.
בוא Venire.
בוז Spernere.
בוך Perplexum esse.
בון Intelligere.
בוס Calcare.
בוש Erubescere.
גוז Abscindere.
גוח Educere.
גול Exultare.
גוע Exspirare.
גוף Claudere.
גור Peregrinari.
דוג Piscari.
דוח Dispulit.
דוך Contudit.
דום Siluit.
דון Judicavit.
דוץ Exiliit.
דור Habitavit.

דוש Trituravit.
הום Vexavit.
זוב Fluxit.
זוד Superbivit.
זול Vilipendere.
זון Pascere.
זוע Movere.
זור Alienari.
חוג Circinare.
חוד Ænigma proponere.
חול Parturire.
חום Parcere.
חור Albescere.
חוש Festinare.
טוב Bonum esse.
טוח Oblinere.
טול Jacere, jecit.
טוש Volare.
כול Complecti.
כון Aptare.
לוז Recedere.
לוט Operire.
לון Pernoctare.
לוע Absorbere.
לוץ Deridere.
לוש Depsere.
מוג Dissolvere.
מוט Moveri.
מוך Attenuari.
מול Circumcidi.
מוק Tabescere.

מור Mutare.
מוש Recedere.
מות Mori.
נוא Rumpere.
נוב Provenire.
נוד Vagari.
נוח Quiescere.
נוט Nutare.
נום Dormitare.
נוס Fugere.
נוע Moveri.
נוף Stillare.
נוץ Germinare.
סוג Avertere se.
סוך Ungere.
סוף Deficere.
סור Recedere.
סות Incitare.
עוב Obnubilare.
עוג Placentas parare.
עוד Prædari, testari.
עוז Congregare.
עול Inique agere.
עוף Volare.
עוץ Consulere.
פוג Cessare.
פוח Afflare.
פון Hæsitare.
פוץ Spargere.
פוק Titubare.
פור Disrumpere.

פוש Abundare.
צוד Venari.
צות Vociferari.
צום Jejunare.
צוף Effluere.
צוק Arctari.
צור Obſidere.
קוא Vomere.
קוט Faſtidire.
קום Surgere, ſtare.
קון Lamentari.
קוס Succidere.
קוץ Tœdere.
קור Fodere.
קוש Tendiculam ponere.
רוב Litigare.
רוד Dominari.
רות Reſpirare.
רום Extollere.
רוע Malum eſſe.
רוף Concuti.
רוץ Currere.
רוש Pauperare.
שוב Reverti.
שוג Avertere ſe.
שוד Linere.
שות Inclinari, meditari.
שוט Diſcurrere.
שוך Sepire.
שום Ponere.
שוע Vociferari.

שוק Appetere.
שור Canere, Principatum tenere.
שוש Gaudere.
שות Ponere.
תור Explorare.

Ain iod.

איב Inimicari.
הין Paratum eſſe.
חיב Debitorem eſſe.
ניק Lactavit.
ניר Novellavit.
עיט Invehi.
עיף Feſſum eſſe.
ציץ Floreſcere.
צית Accendere.
ריב Litigare.
ריח Odorari.
ריע Vociferari.
ריק Evacuare.
ריר Salivare.

Duplicantia ע*.*

אנן Lamentari.
אפף Circumdare.
ארר Maledicere.
בדד Solitarium eſſe.
בזז Prædari.
בלל Confundere.
בקק Exhaurire.
ברר Purgare.

בשש Tardare.
גדד Populatus eſt.
גהה Sanare.
גזז Tondere.
גלל Volvere.
גנן Protegere.
גרר Secare.
גשש Palpare.
דבב Loqui.
דכך Atterere.
דלל Attenuare.
דמם Silere.
דקק Comminuere.
הלל Inſanire.
המם Conterere.
התת Prava moliri.
זחח Tollere.
זכך Purum eſſe.
זמם Cogitare.
זקק Fundere.
זרר Sternutare.
חבב Diligere.
חגג Feſtum celebrare.
חדד Acuere.
חלל Vulnerari.
חמם Incaleſcere.
חנן Mi[illegible]ereri.
חקק Deſcribere.
חרר Ardere.
חתת Terreri.
טלל Tegere.

טפף	Incedere more parvulorum.
יבב	Vociferari.
ילל	Ejulare.
כלל	Perficere.
כסס	Numerare.
כפף	Curvare.
כתת	Contundere.
להה	Infanire.
לקק	Lambere.
מדד	Metiri.
מהה	Morari.
מטט	Dimoveri.
מכך	Attenuari.
מלל	Loqui.
מסס	Liquefacere.
מצץ	Exprimere.
מקק	Tabefcere.
מרר	Amarum effe.
משש	Palpare.
נדד	Vagari.
נהה	Lamentari.
נסס	Vexillum erigere.
נצץ	Scintillare.
סבב	Circuire.
סכך	Tegere.
סלל	Aggerare.
ספף	Limen cuftodire.
סרר	Contumacem efse.
עדד	Statuminare.
עזז	Roborare.
עלל	Facere.

עמם

עמם Tegere.
ענן Obnubilare.
ערר Nudare.
עשש Depaſci.
עתת Tempeſtive loqui.
פזז Roborari.
פלל Judicare.
פסס Deficere.
פתת Frangere.
צחח Candidum eſſe.
צלל Obumbrare.
צפף Pipire.
צרר Ligare.
קבב Maledicere.
קדד Inclinare.
קהה Obſtupeſcere.
קלל Vileſcere.
קנן Nidificare.
קצץ Amputare.
קרר Frigeſcere.
קשש Inquirere.
רבב Multum eſſe.
רדד Extendere.
רהה Timere.
רטט Tremere.
רכך Molleſcere.
רמם Elevari.
רנן Canere.
רעע Frangere.
רצץ Conterere.
רקק Spuere.

רשש Depauperari.
רתת Tremere.
שגג Errare.
שדד Vaſtare.
שחח Incurvari.
שכך Sedari.
שלל Spoliare.
שמם Deſolare.
שנן Acuere.
שסס Diripere.
שקק Diſcurrere.
תזז Amputare.
תלל Aggerere.
תמם Complere.

Lamed aleph.

בדא Mentiri.
בוא Venire.
בטא Pronuntiare.
ברא Creare.
גמא Abſorbere.
דכא Atterere.
דשא Herbaſcere.
חבא Abſcondere.
חטא Peccare.
טלא Maculoſum eſſe.
טמא Immundum eſſe.
יצא Exire.
ירא Timere.
כלא Claudere.
מחא Percutere.

מלא Implere.
מצא Invenire.
מרא Efferre.
נבא Prophetare.
נוא Rumpere.
נשא Tollere.
סבא Ingurgitare.
סלא Æſtimare.
פלא Mirabilem eſſe.
צבא Militare.
צמא Sitire.
קוא Vomere.
קנא Zelare.
קרא Vocare.
רפא Sanare.
רצא Currere.
שגא Creſcere.
שנא Odio habere.

Lamed he.

בזה Spernere.
בכה Flere.
בלה Veteraſcere.
בנה Ædificare.
בעה Bullas excitare.
ברה Comedere.
גאה Superbire.
גהה Sanare.
גלה Migrare.
געה Mugire.
גרה Miſcere.

דאה Volare.
דדה Vagari.
דחה Impellere.
דכה Atterere.
דלה Haurire.
דמה Similem eſſe.
הגה Meditari.
הדה Jacere, jecit.
הוה Eſſe.
הזה Stertere.
המה Tumultuari.
הסה Silere.
הרה Concipere.
זכה Purum eſſe.
זנה Scortari.
זרה Spargere.
חבה Latitare.
חדה Lætari.
חוה Indicare.
חזה Videre.
חיה Vivere.
חכה Exſpectare.
חלה Ægrotare.
חנה Caſtrametari.
חסה Sperare.
חפה Tegere.
חצה Dimidiare.
חקה Imprimere.
חרה Ardere.
חשה Silere.
חתה Capere.

טוה	Nere.
טחה	Jaculari.
טעה	Errare.
כאה	Atterere.
כהה	Caligare.
כוה	Uri.
כלה	Perfici.
כנה	Cognominare.
כסה	Tegere.
כפה	Mitigare.
כרה	Fodere.
כשה	Operiri.
לאה	Molefte ferre.
להה	Furere.
לוה	Mutuari.
מדה	Metiri.
מהה	Cunctari.
מחה	Delere.
מנה	Numerare.
מסה	Liquefacere.
מצה	Exprimere.
מרה	Rebellare.
משה	Extrahere.
סחה	Abradere.
סלה	Sternere.
ספה	Confumi.
עבה	Denfum effe.
עדה	Ornare.
עוה	Perverfe agere.
עטה	Obvelare.
עלה	Afcendere.

ענה Reſpondere.
עצה Connivere.
ערה Nudari.
עשה Facere.
פדה Redimere.
פלה Segregare.
פנה Reſpicere.
פעה Exclamare.
פצה Aperire.
פרה Fructuoſum eſſe.
פשה Diffundere ſe.
פתה Seduci.
צבה Intumeſcere.
צדה Venari.
צוה Præcipere.
צלה Aſſare.
צעה Peragrare.
צפה Speculari.
קוה Exſpectare.
קנה Poſſidere.
קצה Succidere.
קרה Evenire.
קשה Durum eſſe.
ראה Videre.
רבה Multum eſſe.
רדה Dominari.
רוה Inebriari.
רזה Emaciare.
רטה Inclinare.
רמה Jacere, jecit.
רנה Sonare.

רעה Pascere.
רפה Desidem esse.
רצה Velle.
שאה Vastari.
שבה Captivum ducere.
שגה Errare.
שוה Æquari.
שחה Abjicere, natare.
שטה Declinare.
שכה Aspicere.
שלה Tranquillum esse.
שנה Iterare.
שסה Diripere.
שעה Respicere.
שפה Eminere.
שקה Potare.
שרה Solvere.
ששה Sextam partem offerre.
שתה Bibere.
תאה Determinare.
תוה Signare.
תכה Medium esse.
תלה Suspendere.
תנה Mercede conducere.
תעה Vagari.

Phe aleph, Lamed he.

אבה Velle.
אוה Desiderare.
אלה Adjurare.
אנה Mœstum esse.

אפה Coquere.
ארה Decerpere.
אתה Venire

Phe iod, Lamed he.

יאה Conveniens esse.
יגה Mœrore afficere.
ידה Jacere, jecit.
יכה Opprimere.
יעה Ejicere.
יפה Pulchrum esse.
ירה Projicere.
ישה Est.

Phe noun, Lamed he.

נאה Conveniens esse.
נדה Separare.
נוה Habitare.
נזה Spargere.
נהה Lamentari.
נחה Ducere.
נטה Inclinare.
נכה Percutere.
נלה Absolvere.
נסה Tollere.
נצה Avolare.
נקה Purum esse.
נשה Oblivisci.

Phe iod, Lamed aleph.

יצא Exire.

ירא Timere.

Phe noun, Lamed aleph.

נבא Prophetare.
נשא Ferre.

I I I.

Indiculus vocum, quarum radix minus obvia est.

EX Gulielmo Robertsono, seu potius Antonio Hulsio excerptus est iste index.

אב	Pater.	*Radix.*	אבה
אב	Viror.		אבב
אבעבעות	Tumores.		בעה
אהה	Heu.		הה
אהי	Ubi.		איה
אז	Desiderium.		אוה
אובל	Fluvius.		יבל
איל	Fortitudo.		איל
אורות	Stabula.		ארה
אזנים	Arma.		זין
את	Unus.		אחד
אח	Frater.		אחה
אחלי	Utinam.		חלה
איפוא	Ubinam.		איה & פה
איתן	Robustus.		אית
אככה	Quando.		איך
אל	Fortis.		איל

אלון	Quercus.	אלה
אלון	Planities.	איל
אם	Mater, populus.	אמם
אמת	Veritas.	אמן
אנה	Quæso.	נא
אסוך	Vas olearium.	סוך
אף	Facies.	אנף
אץ	Præceps.	אוץ
ארבה	Locusta.	רבה
אתיק	Porticus.	נתק
בד	Linum.	בדד
בדים	Membra.	בדד
בדים	Mendaces.	בדא
בוץ	Cœnum.	בצץ
בורית	Smegma.	ברר
בז	Præda.	בזז
בלהה	Terror.	בהל
בלואים	Veteramenta.	בלה
בלט	Clam.	לוט
בור	Puteus.	באר
בר	Frumentum.	ברר
בת	Filia.	בנה
גבים	Locustæ.	גוב
גבן	Gibbus.	גבב
גבינה	Caseus.	גבב
גד	Turma.	גדד
גו	Corpus.	גוה
גוה	Fastus.	גאה
גרה	Rumen.	גרר
גרש	Contusio.	גרס
דג	Piscis.	דגה

דוב	Urſus.	דבב
דישון	Capra ſylveſtris.	דוש
דל	Oſtium.	דלת
דם	Silentium.	דמם
דשה	Herbilis.	דשא
הבהבים	Dona.	יהב
הגיג	Meditatio.	הגה
הד	Celeuſma.	הדד
הכרה	Agnitio.	נכר
הנחה	Quies.	נוח
הפגות	Intermiſſio.	פוג
הצלה	Liberatio.	נצל
הרון	Conceptus.	הרה
ולד	Filius.	ילד
זדון	Superbia.	זוד
זונות	Arma.	זין
זעה	Sudor.	יזע
זעוה	Commotio.	זוע
זקים	Scintilla.	זיק
זרא	Faſtidium.	זור
חג	Feſtum.	חגג
חגא	Titubatio.	חגג
חול	Prophanum.	חלל
חום	Calor.	חמם
חוף	Portus.	חפף
חטה	Triticum.	חנט
חך	Palatum.	חכך
חם	Socer.	חמה
חם	Calidus.	חמם
חמה	Excandeſcentia.	יחם
חמנים	Statuæ.	חמם

טלה	Agnus.	טלא
טלטלה	Ejectio.	טיל
יען	Propterea.	ענה
יקום	Substantia.	קום
יריב	Litigator.	רוב
יתור	Exploratio.	תור
כי	Adustio.	כוה
כיון	Kiun.	כון
כלי	Avarus.	כיל
כנה	Basis.	כון
כנם	Copia pediculorum.	כנן
כס , כסה	Solium.	בסא
כעש	Indignatio.	כעס
כרים	Arietes.	כרר
לאט	Sensim.	אטט
לבד	Solus.	בדד
לדה	Partus.	ילד
ללאות	Laqueoli.	לול
למען	Propterea.	ענה
לנים	Pernoctantes.	לון
מארה	Maledictio.	ארר
מגמה	Haustus.	גמא
מדה	Elongatio.	כדד
מדון	Mensura.	מדד
מדוע	Quare.	ידע
מוסך	Tegmen.	סכך
מוסר	Castigatio.	יסד
מועקה	Pressura.	עוק
מוקש	Laqueus.	יקש
מורה	Pluvia.	ירה
מזלות	Planetæ.	נזל

מחול	Chorus.	חלל
מחראות	Latrinæ.	חרר
מכולת	Cibus.	אכל
מכלה	Caula.	כלא
מכס	Numerus.	בסס
מעי	Cumulus.	עוח
מצלתים	Tintinnabula.	צלל
מקשה	Cucumerarium.	קשא
מרפש	Conculcatio.	רפס
משא	Onus.	נשא
משא	Debitum.	נשה
משאות	Vastitates.	שאה
משמרות	Clavi.	סמר
משפח	Scabies.	ספח
מתום	Integritas.	תמם
מתת	Donum.	נתן
נאד	Uter.	נוד
נדנים	Mercedes.	נדה
נואל	Stultescere.	אול
נוה, ני	Lamentum.	נהה
ניחות	Quies gratissima.	נות
ניצוץ	Scintilla.	נוץ
נכאת	Aroma.	נכת
נסבה	Causa.	סכב
נקיא	Purus.	נקה
סוך	Tugurium.	סכך
סות	Vestimentum.	כסה
סטים	Declinantes.	שטת
עב	Nubes.	עוב
עב	Densitas.	עבת
עד	Testis.	עוד

עד	Usque.	עדה
עועים	Perversitates.	עוה
עי	Cumulus.	עיה
עלות	Lactantes.	עול
עפעפים	Palpebræ.	עוף
עש	Arcturus.	עוש
עש	Tinea.	עשש
עת	Tempus.	עתת
פתאום	Subito.	פתה
צא	Excrementum.	יצא
צאצאים	Prognati.	יצא
צעצעים	Motationes.	צעה
קא	Vomitus.	קוא
קינה	Lamentum.	קון
קיצון	Extremus.	קצה
קרקר	Destruxit.	קיר
קרית	Urbs.	קרה
ראמות	Sandastri.	רום
רזון	Princeps.	רזז
רחים	Molæ.	ריח
רחת	Pala.	רות
רי	Irrigatio.	רוה
רישות	Primordia.	ראש
רש	Pauper.	ריש
שאנן	Tumultuans.	שאה
שאת	Vastatio.	שאה
שאת	Condonatio.	נשא
שגיא	Multus.	שגה
שדים	Dæmones.	שדד
שדרות	Ordines.	סדר
שוקת	Aqualiculus.	שקה

שח	Humilis.	שחח
שח	Meditatio.	שוח
שיא	Dignitas.	נשא
שילה	Schilo.	שלה
שכים	Spinæ.	שוך
שכר	Clauſura.	סכר
של	Error.	שלה
שלאנן	Tranquillus.	שאן
שנאן	Duplicitas.	שנה
שפח	Scabie affecit.	ספח
שפק	Exploſio.	ספק
שרורות	Contemplatio.	שור
שש	Marmor.	שיש
שש	Byſſus.	שש
שש	Sex.	ששה
שתים	Duo.	שנה
תאוה	Deſiderium.	אוה
תאוה	Terminus.	תוה
תאנים	Vanitates.	און
תבל	Confuſio.	בלל
תהלה	Stultitia.	הלל
תו	Signum.	תוה
תוא	Bubalus.	תאה
תואנה	Occaſio.	אנה
תוגה	Mœror.	יגה
תודה	Confeſſio.	ידה
תוך	Dolus.	תכך
תום	Integritas.	המם
תועפות	Vires.	יעף
תורה	Lex.	ירה
תושיה	Subſtantia.	יש

תחלאים	Morbi.	חלה
תיכון	Medius.	תוך
תירוש	Mustum.	ירש
תכיים	Pavones.	תכה
תמס	Liquefactio.	מסס
תפינים	Coctura.	אפה
תרופה	Sanatio.	רפא
תשוקה	Appetitus.	שקק


FINIS.

IN-

INDEX

CAPITUM AC SECTIONUM

Grammaticæ Hebraicæ.



CAPUT PRIMUM.

De litteris Hebraicis ac legendi ratione.

I. *Alphabetum Hebraicum.* pag. 1.
II. *Pronuntiationis litterarum Hebraicarum amplior declaratio.* 3.
III. *Præcipuæ litterarum Hebraicarum divisiones.* 26.
IV. *Nova legendi ratio absque punctis.* 30.
V. *De notis, & accentibus, quibus voces, & aliæ partes orationis a se invicem distinguuntur in Libris Hebraicis.* 34.
VI. *De Notis Hebræorum Arithmeticis.* 37.

CAPUT SECUNDUM.

De Nomine.

I. *Quotuplex nominum genus apud Hebræos?* 40.

II. *Per quid agnoſcatur Hebraicorum nominum genus?* 41.
III *De numeris nominum Hebraicorum, & quomodo formentur.* 43.
IV. *Obſervationes & anomaliæ nonnullæ circa nominum Hebraicorum numeros.* 44.
V. *De Duali Hebræorum.* 46.
VI. *De Caſibus.* 51.
VII. *De ſtatu abſoluto, & regiminis nominum Hebraicorum.* 53.
VIII. *De variis Nominum Hebraicorum formis, ac ſpeciebus.* 56.

CAPUT TERTIUM.

De Pronomine.

I. DE *Pronomine Primitivo.* 62.
II. *De Pronomine Derivativo ſeu Poſſeſſivo.* 64.
III. *De Pronomine demonſtrativo.* 68.
IV. *De Pronomine relativo.* 69.
V. *De Pronominibus interrogativis.* 70.
VI. *De Pronominibus reciprocis.* 71.

CAPUT QUARTUM.

De Verbo in genere.

I. DE *variis verborum Hebraicorum ſpeciebus.* 72.
II. *De numeris, perſonis, ac generibus verborum Hebraicorum.* 74.

III. *De verborum Hebraicorum modis, ac temporibus.* 75.
IV. *De Hebraicorum verborum vocibus, & conjugationibus.* 78.

CAPUT QUINTUM.

De Verborum perfectorum Conjugationibus; & primo de Conjugatione *Kal.*

I. DE *Conjugatione* Kal. 90.
II. *Observationes circa Præteritum.* 91.
III. *Observationes circa Participium activum sive* Benoni. 93.
IV. *Observationes circa Participium Passivum sive* Paoul. 94.
V. *Observationes circa Futurum.* 95.
VI. *Observationes circa Imperativum.* 97.
VII. *Observationes circa Infinitivum.* ibid.
VIII. *Observationes circa Gerundia.* 98.

CAPUT SEXTUM.

De Conjugatione *Niphal.*

I. C*onjugatio* Niphal. 102.
II. *Observationes circa* Niphal. 104.

CAPUT SEPTIMUM.

De Conjugationibus *Hiphil*, & *Hophal.*

I. DE *Conjugatione* Hiphil. 106.
II. *Observationes circa Conjugationem*

Hiphil. 110.
III. *De conjugatione* Hophal. 111.

CAPUT OCTAVUM.

DE *Conjugatione* Hithpael. 112.

CAPUT NONUM.

DE *Verbis imperfectis seu defectivis in genere*. 117.

CAPUT DECIMUM.

De Defectivis *Phe*.

I. DE *Defectivis* י פ Phe iod, & נ פ Phe noun. 119.
II. *De Defectivis* א פ. 123.
III. *De Defectivis* ה פ. 124.
IV. *De Defectivis* ל פ. 125.

CAPUT UNDECIMUM.

De Defectivis *Ain*.

I. DE *Defectivis* ו ע & י ע. 127.
II. *De Conjugatione* Poel *Defectivis* ו ע *peculiari*. 130.
III. *De Verbo* בוא. ibid.
IV. *De Duplicantibus* Ain. 133.

CAPUT DUODECIMUM.

De Defectivis *Lamed*.

I. DE *Defectivis* לב. 136.
II. *De Defectivis* לת. ibid.
III. *De Defectivis* לא. 137.
IV. *De Defectivis* לה. 139.
V. *De Verbis* היה, חיה, השתחוה 145.

CAPUT DECIMUM-TERTIUM.

De Verbis dupliciter defectivis, & quatuor aut quinque litterarum.

I. QUot *sint Verborum dupliciter defectivorum species?* 148.
II. *De Defectivis* פא לה. 150.
III. *De Defectivis* פי לא. 151.
IV. *De Defectivis* פנ לא. ibid.
V. *De Defectivis* פי לה. 152.
VI. *De Defectivis* פנ לה. 154.
VII. *De Verbo* ישה *seu* יש Est. 156.
VIII. *Verbum* נתן Dedit. 157.
IX. *De Verbis quatuor aut quinque litterarum.* 159.

CAPUT DECIMUM-QUARTUM.

VErborum *defectivorum regulæ versibus comprehensæ.* 160.

CAPUT DECIMUM-QUINTUM,

De Nominibus derivatis seu verbalibus.

I. *Quotuplici modo formentur nomina verbalia?* 164.
II. *De Nominibus verbalibus formatis per alicujus litteræ additionem.* ibid.
III. *De Nominibus verbalibus formatis per alicujus litteræ detractionem.* 167.
IV. *De Nominibus verbalibus formatis tam per additionem, quam per detractionem alicujus litteræ.* 168.
V. *De Nominibus verbalibus formatis per ejusdem litteræ repetitionem, aut transpositionem.* 170.

CAPUT DECIMUM-SEXTUM.

De Affixis Verborum.

I. *Affixa Verborum separata.* 171.
II. *Affixa Verbo conjuncta.* 172.
III. *Quibus Verbis jungantur affixa?* 173.
IV. *Quæ mutatio contingat in Verbis propter affixa?* 175.

CAPUT DECIMUM-SEPTIMUM.

De Dictione seu de Particulis.

I. *Adverbia.* 180.
II. *Præpositiones.* 185.

III. *Conjunctiones*. 186.
IV. *Interjectiones*. 188.
V. *De Affixis Dictionum*. ibid.

CAPUT DECIMUM-OCTAVUM.

De litteris additis & redundantibus.

I. DE *Litteris Prosthetícis*. 190.
II. *De Litteris Epentheticis*. 191.
III. *De litteris Paragogicis*. 193.

CAPUT DECIMUM-NONUM.

De Litteris omissis.

I. DE *Litteris omissis sigillatim*. 199.
II. *Qua via detegi possunt litteræ omissæ?* 201.

CAPUT VIGESIMUM.

DE *Litteris tum radicalibus, tum servilibus*. 206.

CAPUT VIGESIMUM-PRIMUM.

De Radicis Investigatione.

I. P*Rima ratio investigandæ radicis*. 214.
II. *Altera ratio investigandæ radicis*. 223.

CAPUT VIGESIMUM-SECUNDUM.

S*Ynopsis præcipuarum textus Hebraici Anomaliarum juxta ordinem Biblicum*. 234.

CAPUT VIGESIMUM-TERTIUM.

DE *Chaldaismis & Syriasmis Hebraici textus.* 242.

CAPUT VIGESIMUM-QUARTUM.

De Syntaxi.

Et primo de Syntaxi nominum.

I. DE *Convenientia nominis substantivi & adjectivi.* 249.
II. *De Regimine nominis substantivi.* 251.
III. *De nominibus adjectivis.* 256.
IV. *De Comparativo.* 265.
V. *De Superlativo.* 266.
VI. *De Nominibus numeralibus.* 270.
VII. *De Nominum repetitione.* 273.
VIII. *Varii Hebraismi circa nomina generatim.* 276.
IX. *Varii Hebraismi circa nonnulla nomina speciatim.* 283.

CAPUT VIGESIMUM-QUINTUM.

De Syntaxi Pronominum.

I. DE *Convenientia pronominis cum antecedente.* 291.
II. *De ordine ac valore pronominum separatorum.* 293.
III. *De Pronominibus affixis.* 294.

IV. *De Pronominibus demonstrativis.* 296.
V. *De Pronominibus interrogativis.* 297.
VI. *De Pronomine Relativo.* 298.
VII. *De Pronomine reciproco.* 302.
VIII. *Varii Hebraismi circa Pronomina.* 304.

CAPUT VGESMUM-SEXTUM.

De Syntaxi Verborum.

I. DE *Convenientia Verbi cum suo Nominativo.* 307.
II. *De Verbo activo generatim.* 314.
III. *De verbo passivo generatim.* 315.
IV. *De Verbo substantivo.* 318.
V. *Observationes nonnullæ circa Participia, Infinitivos, ac Gerundia.* 321.
VI. *De quibusdam Classibus Verborum, quorum constructio habet aliquid præ cæteris observandum.* 324.
VII. *Notabiles quidam Hebraismi circa verborum constructionem.* 333.
VIII. *Alii Verborum Hebraismi.* 337.

CAPUT VIGESIMUM-SEPTIMUM.

De Syntaxi Adverbiorum.

I. DE *Adverbiis generatim.* 352.
II. *De Adverbiis loci, & temporis.* 353.
III. *De Adverbiis affirmandi, negandi, & interrogandi.* 356.
IV. *De Adverbio Similitudinis.* 361.

CAPUT VIGESMUM-OCTAVUM.

De Syntaxi Præpositionum.

I. DE ה locali. 365.
II. De Præpositione ב. 366.
III. De Præpositione ב. 370.
IV. De Præpositione ל. ibid.
V. De Præpositione מ. 374.
VI. Varia de Præpositionibus. 376.

CAPUT VIGESIMUM-NONUM.

De Syntaxi Conjunctionum.

I. DE Conjunctione copulativa. 380.
II. De Conjunctione conditionali אם Si. 385.
III. De Conjunctione causali כי quia. 387.

CAPUT TRIGESIMUM.

DE Interjectionibus. 389.

CAPUT TRIGESIMUM-PRIMUM.

EXercitatio Grammatica in Caput primum Geneseos. 390.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

Exercitatio altera ad faciliorem reddendam radicis investigationem.

I. R*Adices duarum litterarum.* 419.
II. *Verba defectiva.* 421.
III. *Indiculus vocum, quarum radix minus obvia est.* 421.

Finis Capitum, & Sectionum Tomi primi.

Vidit D. Joseph Rusca Cleric. Regul. Sancti Pauli, & in Ecclesia Metrop. Bonon. Pœnit. pro SS. D. N. Papa Benedicto XIV. Archiep. Bononiæ.

Die 2. Septembris 1749.

Reimprimatur.

Fr. Seraphinus Maria Maccarinelli Vic. General. Sancti Officii Bononiæ.





